



INITIA
DOCTRINAE PATRISTICAE
INTRODUCTIONIS INSTAR
IN PATRUM ECCLESIAE STUDIUM.

AUCTORE

J. TRAUG. LEBR. DANZIO

D. PHIL. IUR. THEOL.

ADHAERENT

SUPPLEMENTA

AD

BIBLIOTHECAE PATRISTICAE WALCHIANAE

EDITIONEM NOVAM.

IENAE

SUMTU BIBLIOPOLII CROEKERIANI

MDCCCXXXIX.


BIBLIOTHECA · BODLEIANA

HENR. CAR. ABR. EICHSTADIO

PHILOSOPHIAE MAGISTRO THEOLOGIAE DOCTORI
ELOQUENTIAE PROFESSORI

VIRO

VIRTUTE DOCTRINA ELOQUENTIA
FORTUNA GLORIA REBUS GESTIS

AMPLISSIMO

DE REPUBLICA NOSTRA LITERARIA DOCENDO
DICENDO CONSULENDO

OPTIME MERENTI

LITERAS LATINAS ROMAE AB IPSO CICERONE

EDOCTO

AMICO

ANTIQUISSIMO FIDELISSIMO
INTEGERRIMO

DIEM MAGISTERII NATALEM QUINQUAGESIMUM SOLEMNEM

GRATULABUNDUS

SALUTEM ET INCOLUMITATEM

PRECABUNDUS

OMNIA FAUSTA FORTUNATAQUE

SPERABUNDUS

HUNCCE LIBELLUM QUALEMCUNQUE

MUNERIS NATALITII INSTAR

D. D. D.

AUCTOR.

Praefatio.

Iam multo ante, quam ad novam editionem Bibliothecae patristicae Walchianae parandam a Bibliopola, Viro honestissimo, excitatus essem, de praelectionibus cogitaveram, quibus Walchio duce auditores ad Patrum ecclesiasticorum studium praepararem. Walchius enim prae caeteris is mihi esse videbatur, quem si sequerer auditores ad id, quod mihi propositum erat, minori negotio perducere possem. Sed ut fit, cum librum accuratius paulo perlustrarem, nonnulla deprehendo, quae ad superiorum temporum magis, quam ad nostrorum consuetudinem dicta esse et ad instituti mei rationem minus pertinere mihi viderentur, alia, quibus adstipulari nequirem, totius vero operis dispositionem ab eo ordine aberrantem, quem servandum mihi esse opinatus eram. Mutabam ergo consilium in hunc modum, ut non, quod primo volebam, Walchio duce et auspice Walchio, sed, quod optimum factu judicabam, Walchio comite et adjutore, rem meam exsequi constituerem.

Ad viam autem demonſtrandam, qua progrediendum eſſe cenſebam, exhibeo auditoribus praecipua capita, quo ſe accingentes ad perluſtranda opera patriſtica cognoscerent, quid ipſis praeſtandum et de quibus mihi diſſerendum eſſet. Communico autem haec capita cum iis, quorum intereſt, ut de ſtudio Patrum Eccleſiae promereantur, ut, ſi velint, labore eiusmodi capita elaborandi ſuperſedere poſſint; iis vero, qui ad legenda Patrum eccleſiaſticorum ſcripta ſtudium conferre decreverint, ut habeant, quo uno in conſpectu videre poſſint, de qua acquirenda eruditione laborare debeant. Meminerint autem utrique titulum libelli eſſe Initiorum.

Prolegomena.

§. 1.

Scriptores ecclesiastici.

Nomine et vocabulo ecclesiasticorum ii insigniuntur Scriptores, qui et ipsi Ecclesiae christianae adscripti, de rebus ad religionem et Ecclesiam christianam pertinentibus commentaria reliquerunt. Iis etiam Haeretici et Schismatici jure meritoque adnumerantur *). Opponuntur Scriptoribus profanis, a quibus non solum librorum argumentis omnino differunt, sed plerumque etiam argumenta tractandi ratione, sermonis consuetudine et scribendi genere **) discrepant.

*) Etiam Schoenemannus in *Bibliotheca* Patrum *latinorum literar.* de Novatiani, Schismatici et Pelagii, Haeretici, vita et scriptis commentatus est.

**) Jo. Gr. Arnold Oelrichs *Commentarii de Scriptorib. Eccl. latinas* p. 1 sqq.

§. 2.

Patres Ecclesiae s. ecclesiastici.

Walch *Biblioth. patrist.* §. 1.

Inter Scriptores ecclesiasticos ii, qui ab Ecclesia catholica auctoritate quasi canonica aucti sunt, nomine Patrum Ecclesiae seu ecclesiasticorum salutantur, addito insuper titulo Sanctorum. Non est, ut quidam volunt, quod numero Patrum ecclesiasticorum Laici et Clerici Episcopo inferiores excludantur, sed satis causae est, quare aetas eorum sex priorum christianae aerae secu-

lorum finibus circumscribatur. Eminent prae caeteris dignitate et auctoritate *Patres apostolici* *) et qui illis proxime succedunt, *Viri apostolici*. A Patribus Ecclesiae separantur Doctores Ecclesiae, quorum ex sententia Benedicti XIV. **) nota, qua a Patribus distinguantur, doctrina est purior atque eminentior.

Denominatio Patrum Ecclesiae brevitatis causa pro scriptis Patrum ecclesiasticorum saepius usurpatur ***).

*) Qui ab ipsis Apostolis aut eorum certe sociis eruditi aliquid scripti reliquerunt. Vid. Walch l. c. p. 19.

**) In Bulla: *Militantis Ecclesiae* a. 1754 edita. Cf. Winter *Patrologie* §. 16.

***) e. g. in titulo: *Bibliotheca Patrum*.

§. 3.

Studium Patrum ecclesiasticorum.

Patrum ecclesiasticorum studium in eo positum est, ut qui in illud incumbunt ex iis, quae habent eorum scripta honeste et religiose vivendi incitamenta, et solidioris doctrinae christianae fundamenta et copias, eruant. Aliter instructi et praeparati Philologi, aliter Historici, aliter Theologi et vitae christianae cultores ad hoc studium accedere debent, ut cuique eorum instituti ratio constet *).

*) Cf. v. Drey *Theologische Quartalschrift* a. 1831. p. 390 sqq.

§. 4.

Introductio in Patrum ecclesiasticorum studium.

Introductio in studium scriptorum, quae a Patribus ecclesiasticis originem ducunt, id habet operis ac muneris, ut doceat, qua quisque, qui industriam in iis legendis ponere velit, linguarum

et historiarum notitia ornatus, quibusque variae eruditionis doctrinaeque copiis instructus et quibus in rebus exercitatus, rem suam perite aggredi debeat, et qua via ac ratione ipsi procedendum sit, ut haec scripta recte intelligat, probe de pretio, quod ipsis constituendum, judicet, nec non ea accommodate in usum suum adhibeat.

§. 5.

Partes, quibus absolvitur.

Absolvitur autem ejusmodi Introductio non inepte tribus partibus: quarum prima est de scriptis Patrum ecclesiasticorum in genere et in specie; altera de Fructibus, quorum theologiae et vitae christianae cultores ex studio horum scriptorum participes fieri possint; tertia autem de iis rebus, quibus horum fructuum perceptio teneatur.

§. 6.

Scripta patrologica et patristica.

Nonnulla eorum, quae ab Introductione in Patrum libros exspectantur, praebent scripta, ut vocabulis recens fictis utamur, patrologica et patristica. Vi originis Patrologia est sermo et scientia de Patribus eorumque scriptis; Patristica autem ex sermonis consuetudine *), subintellecto vel expresse addito vocabulo theologiae, explicatio doctrinae religionis christianae ex Patribus erutae **).

*) *Patristicum* omne quod Patrum est, vel ad Patres spectat.

**) Recenset scripta patrologica et patristica WALCH *l. c.* §. 2.; de utilitate autem et necessitate Patrologiae disputat WIEST in *Institutt. Patrologiae* §. 23.

PARS PRIMA.

DE SCRIPTIS PATRUM ECCLESIAE.

SECTIO PRIMA.

DE SCRIPTIS PATRUM ECCLESIAE IN GENERE.

CAPUT I.

DE ORIGINE ET PROPAGATIONE SCRIPTORUM PATRISTICORUM.

§. 7.

Patrum Ecclesiae Scripta numero permulta.

Ingens et paene innumerabilis est scriptorum Ecclesiae Patrum multitudo, ita ut vel nuda eorum recensione magna volumina impleri possint. Sed non omnia eadem aestimatione dignanda. Quaedam enim multa, alia pauca, alia nulla fere habent, quae in nostrum usum vertantur. Admodum diligentem et accuratam eorum enumerationem praebent *W. Cave* *), *Remy Ceillier* **), *J. Alb. Fabricius* ***), *J. Traug. Go. Schoenemann* †), *J. Chr. Fel. Baehr* ††) al.

*) *Scriptorum ecclesiast. historia literaria.* Oxon. 740. 43. recuf. Basil. 741. 45. II. fol.

**) *Histoire générale des Auteurs sacrées et ecclesiastiques* — Par. 729—63. XXIII. 4.

***) *Bibliotheca graeca* — edit. novae cur. *G. Chph. Harles.* (Hamb. 790—809. XII. 4.) Vol. VII et VIII. Eiusd. *Biblio-*

theca latina mediae et infimae aetatis, c. ſupplemento *Chr. Schoettgenii*. Edit. a *Jo. Dominico Manſi* correcta, illuſtr. et aucta. Patav. 754. VI. 4.

†) *Bibliotheca hiſtor. literar. PP. latinor*. Lipſ. 792. 94. II. 8. Opus haud abſolutum.

††) *Die chriſtlich-römiſche Theologie*. Carlsruhe 837. 8.

§. 8.

Eorum hiſtoria.

Ut omnis operis ſcripti, ita et ſcriptorum patriſticorum hiſtoria ad duas praeſertim partes referenda eſt: ad originem ſcilicet et propagationem. Variam fortunam experta ſunt Patrum ſcripta. Non exiguus eorum numerus conſervatus eſt; multa interierunt; nonnulla verum auctoris nomen depoſuerunt et falſo ſe induerunt; quaedam adulterata ſunt et corrupta; alia quoad originem plane incognita; omnia omnino autem plus minus ſcripturae mendis contaminata ad noſtra tempora pervenerunt.

A. ORIGO SCRIPTORUM PATRISTICORUM.

I. RESPECTU AUCTORUM.

§. 9.

1) *Profitentur verum Auctoris nomen. Scripta genuina.*

Ad originem operum, Patribus Eccleſiae adſcriptorum, ſi animum advertimus, ea vel Auctorum vel rerum circumſtantium ratione conſideranda eſt. Quoad Auctores conſiderata, tria eorum genera apparent: Opera genuina *γνήσια*, ſuppoſititia *ψευδεπίγραφα*, et dubia ſive controverſa *ἀμφιβόλως νόθα*. Ea, quorum origo genuina conſtat i. e. de quibus nulla adfertur dubitatio, quin ab Auctore, quem in inſcriptione profitentur, re vera compoſita ſint, in orbem eruditum exierunt vel ex ipſorum Auctorum autographis deſcripta, vel publici juris facta ſunt ad exemplaria

scribarum et tachygraphorum, ex ore Auctorum calamo excepta. Pro diversa genuinorum scriptorum origine diversa est eorum fides et auctoritas.

§. 10.

2) *Falso Auctoris nomine ornata incedunt. Scripta supposititia.*

Walch l. c. §. 44—47.

Scripta supposititia ea sunt, quae falsum inscriptione Auctorem indicant. Non exiguus est numerus huius generis scriptorum *). Supponebantur autem libri aliis, quam veris Auctoribus aut de industria, aut per inscitiam et imprudentiam: de industria, vel ab Auctoribus ipsis vel ab aliis hominibus, ut fidem et auctoritatem libris compararent; per imprudentiam et inscitiam, quum verum Auctoris nomen evanuisset, et ex coniectura haud probabili restitueretur, aut ex consonantia nominum error commissus esset. Facile olim erat, aliorum nominibus in edendis libris suis abuti. Auctoritas *Clementis Romani, Dionysii Areopagitae, Joannis Chrysostomi, Hieronymi, Athanasii, Cypriani, Augustini* prae caeteris ad fraudem et fucum faciendum adhibita est.

*) Ad historiam scriptorum supposititiorum in genere quaedam adfert Jo. Clericus in *Arte critica* III, 2, 1 — 3.; de Judaeorum vero et Christianorum Falsis, egregie, ut solet, disputat L. Csp. Valckenaer in *Diatr. de Aristobulo Judaeo*, Lugd. Bat. 806. 4.

§. 11.

3) *Lectoribus quid de Auctore statuendum sit, incertum relinquunt. Scripta addubitata et controversa vel plane incertae originis.*

Walch l. c. §. 48.

Non omnium argumentorum, quibus pro demonstranda scriptorum origine genuina Viri

docti usi sunt, tanta est vis, ut omnem de Auctoribus dubitationem nobis eximant. Res in medio relinquenda, quum uni vel alteri pari jure libri elaboratio attribui possit. Scripta, quorum quam praetendunt origo non ad liquidum perduci potest, sunt dubia sive controversa. Ad hoc genus scriptorum quodammodo referri possunt, quae originis, nec ullam omnino notam manifestam in se habent.

II. RESPECTU RERUM ORIGINEM PRAEEUNTIUM VEL CIRCUMSTANTIUM ET COMITANTIUM.

§. 12.

Res origini servientes.

Ad historiam non minus referendi sunt, libri conscripti, quam alius generis res gestae*); et ut hae praecipue illustrantur, si cognitum, quando et ubi evenerint, ita et libris cognitione temporis, loci et occasione, quibus confecti, non parum lucis affunditur.

*) Vid. Jo. Sal. Semler *Apparatus ad liberalem N. T. interpretationem* (Hal. 773. 8.) p. 82.

§. 13.

1) Patrum libri habent tempus originis definitum vel non.

Tempus, quo opus a Scriptore originem traxit, duplici modo significari potest, vel inferendo illud in rerum gestarum complexum, anni quo confectum enumeratione, vel in serie caeterorum Auctoris scriptorum justum locum ipsi assignando, ut eluceat, quibus Auctoris libris praecesserit, et quos sequutus fuerit. Sed non in omnibus Patrum scriptis nobis datum est, tem-

pus originis exploratum habere *). Religiosus autem interpres semper cogitabit, quid postulet temporis ratio, ne Auctoris rationem ad alienae aetatis ingenium consuetudinemque exigat. Ex *Tertulliani* **), *Cypriani* ***), *Athanasii* †) scriptis praecipue clarum, quam necessarium sit, originis tempus non ignorare.

*) Libri, quibus plane non est, cuius percunctationibus originis tempus reperiri possit, raro etiam rerum verborumque momenta praebent, quorum interpretatio a cognitione temporis pendeat. Cf. Oelrichs *Commentarii de Scriptorib. Eccl. lat.* p. 6 sqq.

**) J. A. Nösselt *Differtt. III. de vera aetate et doctrina Scriptorum — Tertulliani.* Hal. 757. 4. et in Eiusd. *Tres Commentatt. ad hist. eccl. pertinentes* (Hal. 817. 8.) p. 8 sqq.

***) Jo. Pearson *Annales Cyprianici*; coll. Chr. W. Franc. Walch *Historie d. Ketzereien* II, 288 sqq.

†) Mart. Lubath *D. de Exiliis Athanasii.* Viteb. 691. 4.

§. 14.

2) — *plerumque praebent loci nativitatis suae notitiam.*

Et loci, quo liber natus, opportunitatem penitius perspectam habere, res est non parvi momenti, ne legentis mensura et judicium fallatur. Rerum enim Alexandrinarum longe alia est facies et Antiochensium, Romanarum alia et Carthaginensium *): Hispanorum alia animi indoles ac Graecorum atque Aegyptiorum. Prae primis in libris apologeticis, nec non in polemicis tractandis ad loci rationem et circumstantiam animum attendere debemus, ne quae ad certi tantum loci res et consuetudinem pertinent, perinde aestimentur, ac si universe dicta essent.

*) Jo. Casp. Loescher *de Patribus Africanis Libb. II.* Rochlit. 722. 24. II. 8.

§. 15.

3) — *et indicant occasionem, qua progeniti.*

Res externae, quae Auctorem laetitia aut dolore, voluptate aut molestia, laude aut vituperio affecerunt, vel spe erexerunt aut formidine depresserunt, et ipsi in causa fuerunt, ut animi sensus calamo aperiret, occasionem libri scribendi efficiunt. Si qua occasio memoratu eximie digna Auctorem ad scribendum impulisset, eius indicium edere ipse Auctor rarissime neglexit. Occasione vero suo momento bene ponderata, veri sensus indagatio et interpretationis recta ratio admodum juvatur.

B. PROPAGATIO SCRIPTORUM ECCLESIAE PATRUM.

I. IN GENERE.

§. 16.

De iis, quae libris ecclesiasticis inter propagandum acciderunt.

Propagantur libri ecclesiastici ex Patrum manibus ad posteritatem egressi, vario modo et varia fortuna. Multiplicantur enim vel scribarum industria per Codices manuscriptos, vel typographorum sollertia per Editiones publicatas. Quod vero ad fortunam eorum attinet, permulti quidem interitum effugerunt; sed non minor numerus eorum est, qui vi temporis, omnia in exitium trahentis, succubuerunt; non vero ullus invenitur, qui speciem, qua indutus in orbem exiit, incorruptam servasset.

§. 17.

1) *Nonnulla PP. Opera evanuerunt. Scripta deperdita et suppressa.*

Walch *l. c.* §. 52.

a) vel plane aut saltem maxima ex parte.

Sexcenta ex numero scriptorum patristicorum temporis decursu vel omnino, vel maxima ex parte interierunt, ita ut praeter tituli argumentive notitiam aliquotque fragmenta nihil nobis supersit *). Notandum autem, non omnia, quae olim pro deperditis scriptis habebantur, re vera periisse, quum nonnulla sub alia inscriptione, vel alio autori substituta, conservata essent, nonnulla autem in Bibliothecis et Archivis abdita et defossa jacerent. De quibusdam, quorum interitum dolemus, valde probabilis conjectura est, ea nunquam extitisse. Quod reliquum est, deperditorum et suppressorum scriptorum differentia haec est, ut illa casu quodam accedente, haec autem vi quadam adhibita et dedita opera ad interitum vocata sint.

Notitia librorum, qui evanuerunt, vario modo in usum Ecclesiae studii Patrum converti potest, inter caetera etiam, ut ad investigandum incitentur studiosi.

*) J. E. Grabe *Spicilegium SS. Patrum, ut et Haereticorum* — Ed. 2. Oxon. 714. II. 8. Mart. Jos. Routh *Reliquiae sacrae s. Auctorum fere iam deperditorum Sec. II. et III. Fragmenta* — Oxon. 814—18. IV. 8. vid. Walch p. 149.

§. 18.

b) vel certe lingua originali.

Extant etiam inter Patrum Ecclesiae scripta, quibus non, nisi in lingua originali abs temporum injuria interitus paratus est. Praesertim quibusdam Patrum graecorum libris id fortunae fatalis

contigit, ut ſolummodo in linguam latinam translati, annoſam tulerint vetuſtatem *). Quibus libris hoc modo ſervatis integritatis parum fiduciae habendum eſt, quum ſciamus interpretes, ut ex Rufini profeſſione conſtat, ſaepius ſuo arbitratu et ſua voluntate alia omiſiſſe, alia commutaſſe.

*) E. g. Theophili Antiocheni *Libb. IV. Commentariorum ſ. Allegoriarum in SS. Evangelia*; plura Origenis scripta, inprimis eius *de Principiis* (περὶ ἀρχῶν) Libri IV, quorum tamen quartus adhuc graece habetur. — Ephraimi, qui ſyriace ſcripſit, opera plura graece tantum et latine ſuperſunt.

§. 19.

2) *Nonnulla adulterata ſunt.*

Walch *l. c.* §. 49 ſqq.

Multae et longae quaerimoniae ſunt, jam ab Origenis temporibus auditae, de adulteriis in ſcriptis Patrum Eccleſiae commiſſis *) demendo, mutando, addendo **), interpolando, curando ne ſenſus heterodoxus vel non exoptatus et inopportunus appareat. Sed non confundendum in unum eſt emendatrix et explicatrix opera a *Διασκευασταῖς* in Patrum libris impenſa, cum mutationibus librorum indolem depravantibus. Utrum Catholici an Haeretici adulterationis criminis maxime ſint rei, disputatio eſt nec ita dijudicatu facilis **). Patres, quorum ſcripta prae caeteris manum depravantem ſenſiſſe perhibentur ſunt *Clemens Alexandrinus*, *Origenes*, *Athanaſius*, *Joannes Chryſoſtomus* inter Graecos; *Cyprianus* autem, *Ambroſius*, *Auguſtinus*, *Hieronymus*, inter Latinos ***). Caeterum non omnia ſcripta depravata et adulterata, quae depravata et adulterata eſſe Theologi quidam affirmant.

*) Vid. Rufini *Lib. de adulteratione libror. Origenis.*

**) Capitum ſummaria plerumque recentioris originis ſunt, et in antiquiſſimis libris manuſcriptis non inveniuntur.

**) Vid. Walch l. c. §. 50.

***) Criticorum vehementer intereſt controverſia de Ignatianarum Epiſtolarum genuina forma, utrum ea pro depravata habenda ſit, quae demendo exilior, an ea, quae addendo amplior facta.

§. 20.

3) *omnia plus minus ſcripturae mendis corrupta.*

Res ipſa non aliter fert, quam ut libri a Scribarum manibus multum diuque tractati, faciem ſuam ſenſim ſenſimque mutent, mendisque vitiisque inquinantur. Non inſcitiae ſolum et incuriae Scribarum debemus ſcripturae vitia, ſed etiam eorum arrogantiae et nimiae curioſitati. Experientia docet, eo majorem eſſe copiam variantium lectionem, quo ſaepius liber deſcriptus; ſed non ſtat pro axiomate, eo difficilius eſſe veram lectionem expiscari, quo maior ſit copia variantium *).

*) Ant. Driessen *Divina auctoritas Codicis N. T. vindicata a ſtrepitu variantium lectionum.* Groning. 733. 4. J. A. Ernesti Praefat. ad *edit. C. Corn. Taciti* (Lipſ. 772. II. 8.) p. XVII ſqq. et cur. Jer. Jac. Oberlini (ibid. 801. II. 8.) p. XX ſqq. Gf. Bernhardy *Grundlinien z. Encyklopädie d. Philologie* (Halle 832. 8.) p. 139.

II. In specie.

1) Per Codices manuſcriptos.

§. 21.

Numerus Codicum manuſcriptorum.

Quamvis copia Codicum manuſcriptorum, quibus Patrum opera continentur, immenſa ſit *), aequabili tamen partitione in libros Patrum ſingulos haud diſtributa ſunt. Quorumdam enim librorum patriſticorum tanta eſt vis apographorum, ut vix ac ne vix quidem deſignari poſſit,

Theonas, Alexandr. p. 307—316. 11) *S. Petrus*, Alexandr. p. 319—372. 12) *S. Phileas*, Episc. Thmuitar. p. 375—401. 13) *Concylii Ancyrani* a. 315. *Canones* p. 405—454. 14) *Concilii Neocaesareensis* a. 315. *Canones* p. 457—505.

Vol. IV. *Incertus Auctor de Canone S. S.* p. 3—37. Append. I. 1) *Concilium Eliberitanum* a. 305. p. 41—59. 2) *Concilinm Roman.* a. 313. in Caeciliani Carthag. et Donatistarum causa p. 60—70. 3) *Gesta purgationis Felicis* p. 71—78. 4) *Epistola Imp. Constantini M.* ad Probianum p. 78 sq. 5) *Concilium Arelatense I.* a. 314. p. 80—99. 6) *Gesta apud Zenophilum* p. 100—114. 7) *Accusatio in Mensurium et Secundum.* Ex S. Augustino p. 115 sq. Append. II. 1) *Archelai Disputatio c. Manete*, ex antiq. versione (subjecta Zacagnii notis) p. 119—282. 2) Addita *quaedam ad Archelaum et S. Dionysium Alexandr. pertinentia* p. 282—288. 3) *Apologia S. Pamphili* Mart. pro Origene, a Rufino latine versa (sed illis Origenis in hac Apologia locis, qui tantum latine non graece alibi supersunt, maximam partem omissis) p. 289—342. Addenda. 1) *S. Dionysii* Alexandr. ex libris eius de natura p. 345—382. 2) *Asclepiadis* Fragmentum p. 383 sq.

Scriptorum veterum nova Collectio e Vaticanis Codd. edita ab Angelo Maio. Rom. 1825—33. VIII. 8.

Vol. I. *Parte I.*, cui praemissa est Tabula Speciminum Codicum Vatic. aeri incisa, continentur ad rem nostram facientia, in Prolegg. De *Eusebio* Caesareensi p. X—XXX.; de *Palychronio* Apamensi p. XXX—XXXII.; de *Catena PP. in Danielem* Prophetam p. XXX—XXXVI.; de *Photio* Patriarcha p. XXXVI—L.; in Textu: 1) Excerpta breviata ex *Eusebii* ad Stephanum libris *Quaestionum XVI. evangelicarum*, gr. et lat. p. 1—106.

cum Excursu editoris, quo ostenditur, Eusebii Quaestiones evangelicas a S. Ambrosio Mediolanensi in suis ad Lucam Commentariis, praetermisso Autoris nomine, fuisse carptim expositas; 2) *Eusebii Caesareensis* Pars *Commentarior. in Lucam* gr. et lat. p. 107—188. 3) *Apollinarii* Laodiceni Fragmm. Commentarii in Lucam (VIII, 16. XVIII, 29. XIX, 30. XX, 2. 3. 13. 21. 36. XXII, 24. 48. 53. 66. XXIII, 39. XXIV, 1.) p. 179—188. 4) *Photii Commentariorum in Lucam* Specimen, gr. et lat. p. 189—192. 5) *Eiusd. Amphilochia*, gr. et lat. cum annotatt. p. 369—376. 6) *Anastasii Sinaitae* Lucubratiunculae II. de vitae termino et de iis, qui ex hac vita migrant p. 369—372. *Part. II.* 1) Chronicon breviatum ex *Eusebii Pamphili* Lucubrationibus gr. et lat. p. 1—35. 2) Chronicon breve ex Operibus *S. Epiphanii*, Archiep. urbis Constantiae Cypri, gr. et lat. p. 35—40. 3) *Theodori* Antiocheni, Mopsvestiae Episc., in Amosum Prophetam Commentarius, gr. et lat. p. 41—49. 4) *Eiusd.* in Zachariam Prophetam Comment. gr. et lat. p. 49—55. 5) 5) *Eiusd.* in Aggaeum Prophetam Comment. gr. et lat. p. 55—58. 6) *Eiusd.* Commentarius integer in Jonam Prophetam gr. et lat. p. 59—73. 7) *Eiusd.* Commentar. integer in Nahumum Prophetam, gr. et lat. p. 74—89. 8) *Eiusd.* Comment. integer in Abdiam Prophetam gr. et lat. p. 89—96. 9) *Eiusd.* Comment. integer in Oseam Prophetam gr. et lat. p. 97—104. 10) Ex *Polychronii*, qui fuit Theodori Mopsvest. frater, in Danielem Comment. gr. et lat. p. 105—160. 11) *In Danielem Commentarii Ammonii* Presbyt., Anonymi, *Apollinarii, Athanasii, Basilii, Cyrilli, Eudoxii* Philosophi, *Eusebii* Caesareensis, *Hesychii* Presbyteri, *Hippolyti, Origenis, Severi, Titi, Victoris*, gr. et lat. p. 161—221. 12) *Chronici paschalis* Fragmentum gr. et lat. p. 222 sq. 13) *Hip-*

polyti Fragm. ex ejus in Salomonis Proverbia Scholiis, gr. et lat. p. 223 ſq. — *Part. III. Leontii* Presb. et *Johannis* Sacrorum Lib. II. gr. et lat.

Ex Vol. VI. memoranda Editoris Praefatio, in qua p. V—XXII. diſſerit de *Theodoro Mopsveſteno*, deinde: *Theodori Mopsveſt.* Interpretatio Prophetarum XII. minorum graece p. 1—298. 2) *Leontii* Antioch. *Πρόλογος τῶν ὑποκειμένων χρήσεων Θεοδώρου αἱρετικοῦ*, p. 299 ſq. 3) *Theodori* Excerpta ex ſexto *τοῦ κατὰ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγου* p. 300—312.

Vol. VII. *Part. I.* exhibentur: 1) Antiquorum Patrum doctrina de Verbi Incarnatione, graece p. 1—73. 2) *Leontii* Presb. et *Johannis* Rerum ſacrarum Lib. II. graece p. 74—109. 3) *Leontii* Hieroſolymitani, Quaeſtiones adv. eos, qui unam dicunt Naturam compoſitam D. N. J. Chr. it. Sanctorum teſtimonia et ſententiae ipſorum explicatio, gr. p. 110—155. 4) *S. Ambroſii*, Episc. Mediolan., Explanatio Symboli ad Initiandos, latine p. 156—158. 5) *Eiusd.* Epiſt. de Fide ad S. Hieronymum p. 159 — 161. 6) Patrum Nicaenor. Confeſſio fidei adv. Paulum Samoſatenum, ex antiquo Cod. Vatic. graece p. 162—164. 7) *S. Julii I.*, Papae, Scripta dogmatica p. 165 — 169. 8) *S. Gregorii Thaumaturgi* Expoſitio accurata fidei, graece p. 170—176. 9) *Eulogii*, Patriarchae Alex., Fragm. libri de Trinitate et de Incarnatione p. 177 ſq. 10) *Sabini* Episc. Ep. ad Polybium Episc. de obitu et funere S. Epiphanii, graece p. 178—180. 11) *Anaſtaſii* Presb. adv. Monophyſitas et Monothelitas Lib. III et IV., graece p. 192—206. 12) *Anaſtaſii* Abb. adv. Judaeos Disputatt. V., graece p. 207—244. 13) *Euſtathii* Monachi Tr. contra Monophyſitas, gr. p. 277—91.

Vol. VIII. *Part. I. Euſebii* Pamphili Chronicorum Libb. II. gr. et lat., adjectis notis et Hie-

ronymi additamentis in Chronicon p. 1 — 406. *Part. II.* 1) *S. Gregorii* Nyſſeni Sermo adv. Arium atque Sabellium p. 1 — 9. 2) *Eiusd.* Sermo de Sp. S. adv. Macedonianos pneumatomachos p. 10 — 25. 3) *S. Cyrilli* Alex. Capitula XXVIII. de Trinitate, diverſum plane opus ab illo edito de Trinitate, quod Theſaurus inſcribitur p. 27 — 58. 4) *Eiusd.* de Incarnatione Domini Capitula XXXV., quod item opus plane differt ab illis editis Scholiis de Incarnatione p. 59 — 103. 5) *Eiusd.* Homilia de Incarnatione Domini. gr. p. 104 — 107. 6) *Eiusd.* Tr. adv. eos, qui ſanctiſſ. Virginem nolebant confiteri Deiparam p. 108 — 131. 7) *Eiusd.* Dial. c. Neſtorio de S. Virgine Deipara p. 132 — 135. 8) *Eiusd.* Expoſitio Fidei per Dialogum p. 135 — 137. 9) *Eiusd.* Epiſtolae IV. p. 138 — 141. 10) *Eiusd.* Fragmm. deperditorum Commentarior. in Matthaei Evang. p. 142 — 148. 11) *Eiusd.* Fragmm. Commentar. aeque deperditorum in Pauli Ep. ad Hebraeos p. 149 ſqq.

Claſſicorum Auctorum e Vatican. Codd. editorum Tomus V., complectens Auctores aliquos de re grammaticali, Carmina chriſtiana et alia quaedam. Curante Angelo Maio. Romae 1833. 8., ubi inveniuntur: 1) Epiſt. *S. Serapionis* ad Episc. Eudoxium gr. 2) Carmina vett. Chriſtianorum ex Codd. Vaticanis. 3) *Victorini* de nativitate, vita, paſſione et reſurrectione Domini Carmen. 4) *Auguſtinus* in Epigrammata S. Prosperi.

Pag. 229, poſt lin. 18. add. *Bibliothecae Patrum eccleſiaſticorum latinorum ſelectae*, quae Lipſiae 1838. 8. prodire coepit, editoris partes ſuscepit E. G. Gersdorf.

§. 33.

Pag. 235. in fine add. *Homiliarium patriſticum. Collectum, adnotatt. criticis, exegeticis hi-*

ſtoricisque inſtructum, *ediderunt* Lud. Pelt et Henr. Rheinwald, cuius Voluminis I. Fasc. 1 —3. prodierunt Berolini 1829. 31. 8. (2 Thlr. 18 gr.) Cf. §. 39.

§. 36.

Pag. 246. in fine §. add. *Bibliothecam latinam Poëtarum vett. chriſtianorum* edere inſtituit A. Rudph. Gebser. Jenae 1827. 8., ſed ultra Vol. I., Prolegomena et *Juvenci* Hiſtoriae evangelicae Lib. I. continens, nihil prodiit.

§. 38.

Pag. 251. lin. 5. add. De *Euthymio*, Monacho Zigabeno, vid. Fabricius in *Biblioth. graec.* VIII, 328 ſqq. Huius Euthymii extant etiam *Commentarius in Pſalmos*, qui Tom. IV. editionis Theophylacti Venetae adjectus eſt, et *Scholia in Pſalmos*, quorum Specimen graece et latine dedit Gallandius in *Bibliotheca Patrum* XIV, 323—31.

— — l. 15. add. poſt *Epiſtolas canonicas:* nec non in Oſeam, Habacucum, Jonam, Nahumum et Michaeam Prophetas.,

— — l. 18. add. De *Theophylacto* pluribus egerunt J. Casp. Hagenbuchius in *Excurſu theol. literar. de Theophylacto, Bulgariae Archiepiscopo*, qui ut Exercitationis philol. theol. in 1 Tim. VI, 2. miſſus quartus, quintus et ſextus, Turici 1760 ſq. 4. prodiit, et Fabricius in *Biblioth. graeca* VII, 586 ſqq.

§. 39.

Pag. 255. l. 18. poſt IV. 8. add. Partic. I. II. ea Patrum loca collecta invenimus, quae doctrinae de Traditione et Scriptione lucem afferre poſſint, quibusque probetur, Eccleſiae PP. antiquiſſimos libris N. T. ut ſacris et divina auctoritate praedi-

tis, nunquam usos fuisse; Partic. III et IV. effata Patrum proferuntur, quae ad probandam authentiam et canonicitatem Epistolae ad Hebraeos et Apocalypseos citari solent. — In titulo huius libri pro Exegesin lege εἰσηγητικήν.

In fine §. add. Gerh. Arn. Sybel *Patristische Chrestomathie v. Eusebius, Socrates u. Sozomenus, als Einleitung in die Lectüre der Kirchenväter, zum Gebrauch akadem. Vorlesungen, mit einem Wortregister.* Halae 1803. 8. (10 gr.)

Jo. Büttner *Chrestomathia patristica latina, Chrestomathiam Hieronymianam continens.* Halae 1804. 8. (12 gr.)

Chrestomathiae instar haberi etiam potest: *Collectio selecta SS. Ecclesiae Patrum, complectens exquisitissima Opera, tum dogmatica et moralia, tum apologetica et oratoria, accurantibus* D. A. B. Caillau — nonnullisque Cleri Gallicani Presbyteris, una cum D. M. N. S. Guillon. Par. et Bruxellis 1829 sqq. 8.; quae praeter externam elegantiam nihil habet, quo se praesertim commendet.

Ad
Caput quartum.

§. 42.

In fine huius Paragraphi addi potest:

Steph. Wiest in *Institutionibus Patrologiae* §. 12. has proposuit Regulas, scripta genuina, et quod consequitur, etiam SS. Patrum scripta genuina discernendi a suppositítiis, corruptis et dubiis:

I. *Scriptum genuinum est, quod ut tale habitum est ab Omnibus proxime et continuata serie sequentibus illud aetatibus.* Quodsi enim constans et universale omnium hominum judicium falsum

foret, omnis sublata esset fides historica; atque celeberr. Pet. Dan. Huetius ait (*Demonstratio evang.* Axioma 1.): Hoc axioma si quis vocaverit in controversiam, iam certum nihil habebit in literis. Porro huic regulae innititur authentia omnium librorum sacrorum, eaque usus est S. Augustinus *adversus Faustum*, Lib. XXXIII. Cap. 6.

II. *Scriptum genuinum est, si illo, cuius nomen prae se fert, in aliis suis Operibus, omnium judicio genuinis, illud suum esse testatur.* Nemini enim de sui ingenii partu certius constare potest, quam ipsi Auctori; haec tamen regula exceptioni subest, quando constat, Auctoris animum non fuisse integrum texere Scriptorum suorum Catalogum.

III. *Falsi suspicione laborat scriptum, quod nullus sive coaevorum, sive proxime sequentium seculorum Scriptor commemorat.* Argumentum hoc a silentio Antiquorum petitum, quod *negativum* vocant, et quibusdam infirmum videtur, saepe ex adjunctis robur maximum acquirit; quando e. g. sermo est de opere celebri majorisque momenti, cuiusmodi fuere Opera *Dionysii Areopagitae*, Apostolorum discipuli, ac nascentis Ecclesiae Episcopi et Martyris, quae ignorasse *Eusebium* et *S. Hieronymum*, si exstitissent primaeva aetate, verosimile non est. Plura de hoc argumento exhibent Joan. Mabillonius in *Tract. de Stud. monast.* Tom. II. Vol. 2. Cap. 13., Honoratus a S. Maria in *Animadverss. in regulas et usum Critices* Tom. I. Dissert. III. Artic. 2. et Jo. Aug. Ernesti in *Diss. de fide historica recte aestimanda.* Lips. 1746. 4.

IV. *Quaecunque Opera a Veteribus in dubium vocata sunt, aut pro suppositītiis habita, pro talibus in regula habenda sunt.* Quodsi enim suppeterent argumenta, quae Opus eiusmodi genuinum

probarent, ea Veteres, Auctori utpote viciniores, praeprimis ſcire debuiſſent; nihilo tamen minus eiusmodi Opus, ſi clara validaque oppoſitum evincant argumenta, genuinis adnumerari debet.

V. *Si, quod in vetuſtis Codicibus reperitur, in recentiore Codice non occurrit, mutilatus ſeu corruptus fuiſſe credendus eſt; ſi autem in recentiori inveniatur, quod in antiquis deſideratur, pro interpolato habeatur.* Nam in rebus hiſtoricis ſemper, ceteris paribus, antiquum potius quam novum verum eſſe praeſumitur.

VI. *Opus ſuppoſititium eſt, aut certe alterius aetatis, quod res, id eſt, quaeſtiones, ritus, ceremonias, voces, Scriptores aevo poſteriores, aut tunc nondum uſitatos continet.* Nullus enim Scriptor res, quae poſt fata illius contigerunt, referre poteſt; hinc e. g. *Quaeſtiones et Reſponſiónes ad Orthodoxos* adſcriptae S. Justino inter Opera eiusdem ſuppoſititia merito numerantur, eo quod in hoc opere fiat mentio haereſis Arianae poſt S. Juſtini aetatem primum exortae, atque etiam Origenis eo tempore nondum exiſtentis.

VII. *Opus ſuppoſititium eſt, ſi vel fabulas vel alia continet, quae ſunt aliena a nota gravitate Scriptoris.* Hanc ob cauſſam plura SS. Patrum Opera ſcriptis ſpuriis merito adnumerarunt Critici. Huiusmodi ſunt *Protevangelium Jacobi, Liber de nativitate B. V. Mariae, Lib. de eiusdem tranſitu, Acta Pauli et Theclae* etc. etc. Ceterum in uſu regulae huius cautione opus eſt, cum quaedam hodie fabuloſa antiqui vera exiſtimaverint. Sic in *Epiſtola ad Corinthios*, quae omnium Criticorum judicio authentica eſt, S. Clemens Romanus, ad probandam reſurrectionem carnis utitur exemplo avis dictae *Phoenicis* ex propriis cineribus reſurgentis, quae tamen opinio certe fabula eſt, hodie ab omnibus exploſa.

VIII. *Opus ſuppoſititium eſt, in quo traduntur dogmata e diametro iis oppoſita, quae Auctor alibi in genuinis operibus ſuis propugnat et quae veritatibus fidei adverſantur.* Quis enim ſibi perſuadeat, Virum prudentem et gravem inter ſe pugnantia docere? Notandum tamen eſt, regulam hanc pati exceptionem, ſi Auctorem mentem ſuam mutaſſe conſtat.

IX. *Scripta latina, quae produnt Auctorem graecum, et tamen pro latinis venduntur ab Auctoribus, et vice verſa Scripta graeca Auctorem graecum in ſuis idiotismis redolentia, et tamen ab Auctoribus tanquam latina vendita, certe ſunt ſuppoſititia.* Nam talis ſcribendi ratio a SS. Patrum genio et conſuetudine noscitur aliena, cum Patres graeci ſemper graece, et latini raro graece ſcripſerint. Ex hoc fundamento *Commentaria in Jobum* Origeni ab Eruditis abjudicantur eo, quod prodant Scriptorem latinum; Origenes autem tamquam Graecus graece ſcripſerit.

X. *Unum idemque opus pluribus diverſisque Auctoribus adſcriptum, ſi non ſuppoſititium, certe dubium eſt.* Quodſi enim opus genuinum certique Auctoris eſſet, de Auctore Critici diſſentire tam facile non poſſent.

XI. *Si Stilus eſt diverſus, validum adeſt ſuppoſitionis aut falſitatis argumentum.* Cum perraro, licet non inficiemur, ab erudito Scriptore ſtilum immutari poſſe vel alienum exprimi, cum perraro, inquam, tanta ſit Stili ſimilitudo, ut nullum prorſus notari poſſit discrimen, atque alterius ſtilum perfecte imitari vix ac ne vix quidem poſſibile ſit, regulam hanc Critici adpellant Lydium illum lapidem, quo veritas aut falſitas Operum recte dignosci valeat. Verum nihilominus fateri oportet, hoc Criterium quandoque fallere, atque egregia eſt in hanc rem obſervatio Joannis

Mabillonii l. c. dicentis: Unius etiam et eiusdem Auctoris ſtilus multifarius quandoque dignoscitur; in aliquo namque interdum opere, qua elegantior, quave neglectior apparet, quemadmodum in Patrum Homiliis ſaepe notatur. Praeterea unus idemque Auctor iam aetate confectus videtur ſibi ipſi, cum adhuc iunior eſſet, plerumque diſſimilis. Quin imo magna e contrario in Auctorum ſtilo uniformitas ſaepenumero cernitur, qui ſibi ſynchroni exhibere, quod tamen niſi maturo quis fuerit ingenio praeditus, ſcriptorumque peritiſſimus, aegre comperiet. Denique Didascalorum ſtilum discipulos ad unguem fuiſſe aliquando imitatos, minime latet, ut linquet in *Nicolao Clarevalenſi*, qui illum Doctoris melliflui plane eſt adſecutus.

XII. Quando in Codicibus vetuſtiſſimis aliis ac in recentiori Auctor praefigitur, manifeſtum eſt ſuppoſitionis indicium. Nam eiusdem Operis Auctores aetata inter ſe diſſiti eſſe haud poſſunt.

XIII. Denique Regulae generales rite discernendi Scripta SS. Patrum genuina a ſpuriis ſunt:

1) *Indices Operum ab ipſis Auctoribus conſcripti*, cum librum quemdam opus alicuius Scriptoris eſſe propria declaratio indubitatum reddat.

2) *Critici naris emunctioris.*

3) *Lectio et Exercitatio.*

His porro addo, quod ſi ex allatis regulis una vel altera non ſit ſufficiens criterium; pluribus tamen concurrentibus et adplicatis certo certius verum inveniatur, atque laudatus Joan. Mabillonius ait: „Tribus aut quatuor modis comperiri poſſe, num opus aliquod huius ſit potius, quam alterius Auctoris; nimirum ex Manuſcriptis, ex uniformitate aut diverſitate Stili, praeſertim vero Doctrinae ac Opinionum: ex ceterorum Auctorum teſtimonio, a quibus dictum opus inden-

tidem citatur; tandem ex gestis, quae in ipso narrantur. Si enim quatuor istae conditiones simul occurrant, fieri vix potest, quin ex ipsis dubium omnino resolvatur."

§. 45.

Pag. 268. lin. 13. post usurpata: P. E. Jablonski in *Epistola ad la Crozium*, quae in *Thesauro epistolico la Croziano* I, 194 sqq. legitur, probare sustinet, hanc Expositionem fidei Auctorem habere *Theodorum Mopsvestenum*.

— — lin. 25. add. Vid. Credner *Beitrr. z. Einleit. in d. biblischen Schriften* I, 437—51.

Pag. 269. lin. 15. post inscriptus add. notae signum, cui respondeat in fine paginae haec nota: Qui liber, cum in Eusebii notitiam non venire omnino haud potuisset, ab ipso tamen nusquam citatus legitur, me quidem judice, numquam extitit.

Pag. 270. lin. 5. a fine add. Plures, quae sub Athanasii nomine circumferuntur, Homilias non esse genuinas, statuit etiam nostris temporibus H. Gottl. Tzschirner in *Commentatt. de vet. Ecclesiae Oratoribus* Part. VI., ubi de Athanasio eiusque Homiliis sermo est.

Pag. 272. in fine paragr. 45. Inter Theodoreti scripta in suspicionem *νοθείας* venerunt *Dialogi de Incarnatione*, quos ut Theodoreto falso adscriptos notat J. Phil. Baratier, in singulari Dissertatione, adjecta Eiusdem *Anti-Artemonio*. Norimb. 1735. 8.

§. 48.

Pag. 278. lin. 23. post verba: *a Clemente scriptam esse*, fiat notae signum, ad indicandam notam huius tenoris: Cf. Conr. Eberthi *Disquis.*

hist. theol. de Epistola prima S. Clementis, Episc. Rom., ad Corinthios; in Eiusd. *Edit. Epist. I. S. Clementis ad Corinthios.* Fuldae 1780. 8. p. 55—112. Quae contra authentiam huius Epistolae Criticus, qui in Cotelerii Patrum apostolic. editione litera B. notatus non sine encomiis editoris attulit, ea omnia fusius examinavit H. Wotton in Annotationibus, quas *editioni* suae *Epistolarum Clementinarum*, Cantabr. 1718. 8. adjecit.

Pag. 281. iis, qui de Canonum Apostolorum authentia disputarunt adnumerari possunt, J. F. Cotta *Versuch e. ausführlichen Kirchenhistorie* II, 1770—83. et L. Timoth. Spittler *Ueber die apostolischen Kanones*, in Eiusd. *Geschichte des kanonischen Rechts* (Halae 1778. 8.) p. 69 sqq.

Pag. 282. ad ea, quae de Apostolorum et Clementis Constitutionibus allata sunt, etiam J. Jortin in *Remarks of the ecclesiast. history* I, 228—83., cognitu non inutilia adnotavit.

Pag. 283. Scriptoribus, qui in authentiam Epistolae *Barnabae* inquisiverunt, addendi sunt, Auctor anonymus Dissertationis de Epistola Barnabae in *Dissertations melées* (Amstelod. 1740. II. 8.) II, 37 sqq. Nic. le Nourry *Diss. de S. Barnabae Epistola*, in Eiusd. *Adparatus ad Biblioth. max. vett. PP.* I, 38—47. J. F. Cotta *Vers. einer ausführl. Kirchenhistorie* I, 638—44. John Jortin *The antiquity and the dubious authority of the Epistle ascribed to Barnabas*; in Eiusd. *Remarks on ecclesiast. history* I, 329—336. Andr. Gallandius *de S. Barnaba* §. 1. 2. ex Eiusd. *Bibliotheca vett. PP.* in Sprengeri *Thesauro rei patristicae* I, 121 sqq, et Vit. Ant. Winter *Ueber Barnabas und die Aechtheit seines Briefs*; in Eiusd. *Kritische Geschichte der ältesten Zeugen etc.* p. 245 sqq.

Ibid. in fine notae **) add. DAN. SCHENKEL *Ueber den Brief des Barnabas;* ibid. 1837. p. 652 ſqq. et J. SCHULTHESS in *Neueſte theol. Annalen* 1829. p. 943 ſqq.

Pag. 285. lin. 16. add. G. C. NETZ *Verſuch über den Brief des Ignatius v. Antiochien an Polykarpus v. Smyrna;* in ULLMANN al. *Theolog. Studien u. Kritiken* 1835. p. 881—906., qui contendit, textum Epiſtolarum Ignatii authenticum eſſe deperditum, et duplicem quam habemus earum recenſionem nihil aliud eſſe, quam „eine Art von Ueberarbeitung." F. C. MEIER *Ueber die doppelte Recenſion der Briefe des Ignatius;* ibid. 1836. p 340—382. Etiam RICH. ROTHE pluribus egit de Authentia Epiſtolarum Ignatianarum, in EIUSD. *Die Anfänge der chriſtlichen Kirche u. ihre Verfaſſung* (Viteberg. 1837.) I, 713 ſqq.

Pag. 287. lin. 5. pro *ſtuduit* leg. ſtuduerunt GALLANDIUS in *Prolegg. ad Biblioth. vett. PP.* Tom. I. p. 85 ſqq. et

— — l. 9. poſt *Ed.* 2. add. cui acceſſit Mantiſſa vindicans et illuſtrans.

Pag. 288. not. ***) poſt *Ge. G. Preu* leg. (praeſ. *J. Ge. Walch*).

— — — — lin. 2. a fine poſt Ibid. eod. 4. Contra Miſſorium direxit Disputationem ſuam *Ge. G. Preu*, quocum facit J. HENR. SBURALEA, qui ſingulari libello, *Germanum S. Cypriani et Afrorum nec non Firmiliani et Orientalium opinionem de Haereticorum baptismate.* Bonon. 1741. 4. expoſuit.

Pag. 293. lin. 12. poſt *Arnoldum* add. Gryph. 1708. 4.

— — l. 21. poſt *Areopagita* add. Jen. 1823. 4., qui quod hoc libello olim egit, recens dispoſitum atque disputatum reddidit in *Opusculis ſuis*

theologicis (Jenae 1836. 8.) p. 265—298. insistens suae de Dionysio Areopagita sententiae licet, ut ipse Vir ingenuus ingenue fatetur, plerisque, qui libellum commemorare non dedignati sint, improbatae.

— — lin. 24. *Engelhardtio* accessit Car. Vogtius in libro, cui titulum fecit: *Neoplatonismus und Christenthum. Untersuchungen über die angeblichen Schriften Dionysius des Areopagiten*, cuius Pars I. prodiit Berolini 1836. 8. (20 gr.)

Pag. 297. lin. 5. Praeter Auctores laudatos nominandi adhuc sunt: Mich. Lequien *Diss. de Epistola ad Caesarium Monachum, quae S. Joannis Chrysostomi nomine insignita est;* praemissa *Joannis Damasceni* Operibus ab ipso editis p. 48 sqq. Dan. Maichel *Obs. de celebri Epistola Chrysostomi ad Caesarium;* in suis *Lucubrationibus Lambetanis.* Tubing. 1729. 8. p. 73 sq. et Pet. Merlin *Dissertat. sur la prétendue Lettre de S. Chrysostome à Cesarius, où l'on refute ce que Mr. Bayle en a dit dans son Dictionnaire;* in *Memoires de Trevoux* a. 1737. p. 351. 519. 1269.

§. 50.

Ad verba paragraphi *iam antiquiori tempore* pro nota subjiciatur: Jam *Dionysius*, Corinthiorum Episcopus, dolenter conqueritur de corruptione Epistolarum suarum. Ita enim apud Eusebium *Hist. eccl.* IV, 23. Ἐπιστολὰς ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. Καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν, ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες. Οἷς τὸ Οὐαὶ κεῖται. De hoc nefario quorundam ausu conqueruntur etiam Hieronymus *Apolog. adv. Rufinum* Lib. II. et Gregorius M. *Epistol.* V, 69. et Irenaeus per viscera Salvatoris librorum depravatores adjurat, ut libris suis parcant.

§. 51.

Ad finem paragraphi haec adhuc pone:
Cauſſas corruptionis ſcriptorum SS. Patrum indicat Steph. Wiest *Inſtitutt. patrologiae* §. 11.

§. 52.

Pag. 309. lin. 14. add. quorum aliquot Fragmenta collegit Fr. Münter in Fragmm. Patrum graecor. Fasc. I. (Hafn. 1788. 8.) p. 25 ſqq. Fragmentum *Epiſtolae ſynodicae*, quam Irenaeus ſcripſit ad Victorem Episc. Roman., ſervavit Mart. Jos. Routh in *Reliquiis ſacris* I, 389 ſqq.

— — lin. 18. poſt *Canon eccleſiaſticus:* quo libro Clemens voluit docere eos, qui Legis et Prophetarum doctrinam non diverſam ſolum, ſed etiam ſuperiorem doctrina et fide chriſtiana praedicabant, bene convenire inter ſe V. et N. T. Scriptores.

— — lin. 24. add. *Λόγος πρὸς Ἕλληνας κατὰ Πλατῶνα περὶ τοῦ Πάντος*, cuius ſcripti fragmentum nobiscum communicavit ex Hoeſchelio Steph. le Moine in *Variis ſacris* I, 53 ſqq.

Dionysii Alexandrini Liber *περὶ φύσεως*, adverſus Epicureos, providentiam divinam negantes et atomis univerſa tribuentes.

Pag. 310. lin. 15. poſt *de Trinitate:* qui pro deperditis hucusque habiti a. 1769 a Mingarello, Bononiae in fol. editi ſunt.

Ad
Caput quintum.

§. 56.

Pag. 318. lin. 5. poſt *monumenta:* Epiſtolas Clementis Romani, Polycarpi et Ignatii, una cum ſcriptis apologeticis Justini Mart. et Ter-

TULLIANI anglice vertit, et brevibus notis ad illustrandam historiam ecclesiasticam duorum primorum rei christianae Seculorum edidit *Temple Chevalier*, Cantabrigiae 1833. 8.

Pag. 327. lin. 19. post *Venet.* 1756. 8. JOANNIS CHRYSOSTOMI Orationes selectae, ibid. 1764. 8.

Pag. 329. l. 21 sqq. lege: *Die ächten Schriften d. apostolischen Väter, des* CLEMENS v. ROM, *des* IGNAZ *u.* POLYKARP u. f. *Aus d. Grundspr. übersetzt u. mit Anmerkk. von* KSP. UNTERKIRCHNER. Insbruck 1817. 8. (1 Thlr. 4 gr.)

Pag. 330. lin. 7. a fine. Novam versionem libri apologetici, qui Theophilum Antiochenum auctorem habet, debemus *W. Ferd. Thienemanno*, qui et Introductionem praemisit et illustrationes subiunxit. Lips. 1834. 8. (16 gr.)

Pag. 331. post lin. 12. THASCII CAECILII CYPRIANI *Tractatus IV de Lapsis, de oratione dominica, de mortalitare et de bono patientiae* in linguam vernaculam vertit et Excursum ad Tractatum priorem adjecit FR. SCHEM. Monast. 1834. 8. (16 gr.)

Ad
Caput sextum.

§. 59.

Pag. 337. in fine. Specimen Supplementorum in J. CSP. SUICERI Thesaurum ecclesiast. evulgavit D. *G. L. Nothnagel*, Norimb. 1821. 8. (6 gr.) vid. Theolog. Annalen a. 1821. p. 807 sq.

§. 60.

Pag. 348. post lin. 3. FRID. ADOLPH. HEINICHEN, qui suis animadversionibus et Excursibus ad

hominibus dedicata ſcripta complectitur; alterum, quod ea, quae ad Chriſtianos directa ſunt, continet. Libri prioris generis eo conſilio compoſiti ſunt, ut vel gentilis ſuperſtitionis aſſeclas *) vel Judaeorum ſacra ſequentes **) ad Chriſtianorum Sacra amplectanda moveant, Magiſtratus autem gentiles admonitionibus ſuis eo adducant, ut erga Chriſtianos clementiae, manſuetudinis, humanitatis, imo juſtitiae et aequitatis officiis ſatisfaciant ***): poſterioris vero generis libri, qui ad Chriſtianos ipſos ſpectant, partim ad vitae chriſtianae integritatem, laudem et praemium conſequendum eos excitant †), partim ad fidei conſtantiam in periculis religionis cauſa ipſis ſubeundis, eos erigunt ††). Huius generis ſcriptorum claſſem quandam conſtituunt libri *ascetici*, qui temporum ratione minus habita, officii chriſtiani praecepta lectoribus obſervanda exponunt †††).

---

*) Clementis Alex. *Λόγος προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας.*

**) Justini Mart. *Dialogus c. Tryphone;* Aristonis Pellaei *Διάλεξις Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος;* Eusebii Caesar. *Ἐυαγγελικὴ ἀπόδειξις;* Tertulliani *Lib. adv. Judaeos.*

***) Athenagorae *Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν;* Tertulliani *Lib. ad Scapulam.*

†) Justini Mart. *Epiſt. ad Zenam et Serenum;* Clementis Alex. *Paedagogus.*

††) Tertulliani *L. de fuga in perſecutione;* Cypriani *de exhortatione Martyrii.*

†††) Plura huius generis ſcripta habemus apud Tertullianum, Ambrosium, Cyprianum, Gregorios, Chrysostomum, Augustinum al.

§. 39.

3) Scripta polemica. Symbola.

Walch *Bibl. patriſt.* §. 103 ſqq.

Scriptorum polemicorum magna vis ex antiquitate ad nos pervenit. Iis elaborandis con-

tenderunt Patres et laborarunt, quam maxime possent, ut dogmata, quibus Ecclesia, quam uti catholicam venerabantur, approbationem adjunxerat, a periculis defenderent, quae ipsis ab Haereticorum placitis rei et Ecclesiae christianae imminere videbantur. Longum esset, omnes commemorare, qui extra Ecclesiae catholicae communionem positi de salute sua non desperarunt; sufficiat animadvertere, Patres scriptis suis non solum singulis Haereticis se opposuisse *), sed etiam contra omnium Haereticorum genera libros condidisse **). Fidem historicam Patrum tantum non omnium in proponendis Haereticorum placitis, sententiis et argumentis, et describendis eorum vitiis, esse suspectam, in vulgus fere notum est. Controversiae cum Haereticis *Symbolis* fidei condendis ansam dedere ***).

*) Maxima inprimis vehementia adversus *Gnosticos* et *Arianos* dimicatum est.

**) Epiphanii Πανάριον; Theodoreti *Libb. V. haereticorum Fabularum*; Irenaei *Libb. V. adv. haereses* ad tituli magis quam ad argumenti rationem huc pertinent, quum eo consilio scripti sint, ut abstrusa Valentini discipulorum mysteria manifesta facerent et Marcosiorum haeresi, Valentinianae germini, occurrerent. Valde memorabilis in hoc genere est Tertulliani *Liber de Praescriptionibus contra Haereticos*, quo contendit, non admittendos esse Haereticos ad ullam de Scripturis disputationem, sed esse potius ad illam veritatem et disciplinae et fidei christianae provocandum, quae cum Ecclesiis apostolicis, matricibus et originalibus fidei, conspiret.

***) Walch *Bibl. patrist.* §. 106—113.

§. 40.

4) Scripta dogmatica.

Walch *l. c.* §. 83—95.

De scriptis antiquorum Patrum dogmaticis longe aliter sentiendum est, ac de scriptis huius argumenti a Theologis nostratibus confectis. Non enim in eo laboraverunt Patres, ut dogmata

christiana ad principia, quae vocant, redigant *) et systematico ordine componant; sed satis laboris habebant, oblata occasione explicare, quae in doctrina christiana pro temporis ratione **) majoris momenti esse ipsis videbantur, et illustrare, quae prae caeteris digna judicabantur, quibus lux clarior adderetur.

---

*) De Origenis *Libris* περὶ ἀρχῶν, in quibus du Pin (*Method. stud. theol.* p. 17.) cum Aliis theologiae systema quoddam invenisse perperam sibi persuasus est, vid. C. F. Schnitzer *Origenes uber die Grundlehren der Glaubenswissenschaft* p. XXI sqq. Augustinus *Libro de fide, spe et charitate* titulum quidem Enchiridii praefixit, sed neutiquam eo consilio, ut lectores alliciat ad credendum, ipsum omnia christianae doctrinae capita ad Pauli Apostoli mentem in eo tractasse.

**) Inde factum est, ut Patres in dogmate de divinitate Filii et ejus ad Patrem relatione explicando per longam annorum seriem, sine defatigatione, ingenia et calamum exercerent.

§. 41.

5) Scripta ad disciplinam morum pertinentia.

Walch *l. c.* §. 118—129.

Excepto Ambrosio *) nemo unus ex numero Patrum Ecclesiae fuit, qui Summam omnium Officiorum a Christianis observandorum exposuisset, et de eorum cognoscendorum initiis disputasset: omnium potius Commentationes ad disciplinam morum pertinentes in eo versantur, ut singula virtutis christianae praecepta illustrent et quae illis opposita sint vitia demonstrent. Quamdiu Christiani vexationibus Imperatorum et Magistratuum Romanorum expositi essent, antiquis Patribus de iis officiis prae aliis disputatio erat, quibus hisce in vexationibus christianis hominibus satisfaciendum esse credebant; praeter ea autem praecipuam operam navabant iis virtutibus explicandis et commendandis, quae ipsis po-

tiſſimum ſanctitatis quodam ſplendore praeditas eſſe videbantur **).

---

*) In Libris III *de Officiis Miniſtrorum.* Agit enim in iis non tam de Officiis, Clericis ratione peculiari ſervandis, quam potius de omnibus iis, quae ad Honeſtum referuntur, quaeque homini cuique, Clericis autem, qui virtute reliquos homines antecellere debent, inprimis ſancte ſervanda ſint. Cassiodoro *Divinar. Inſtitutt.* Cap. XVI., contra Heinzii cenſuram (ap. Walchium l. c. p. 668.) iſti libri *melliflui* audiunt. — De Clementis Alexandr. *Paedagogo*, quem nonnulli pro Compendio doctrinae moralis habent, vid. praeter Walchium l. c. p. 656. le Nourry in *Diſſert. de Clementis Alex.' admonitione ad Graecos* etc. Cap. II.

**) Ita ſentientes ſcripſerunt Tertullianus *de exhortatione Caſtitatis, de Jejuniis;* Cyprianus *de Habitu Virginum et de Opere et Eleemoſynis*; Ambrosius *de Virginitate, de inſtitutione Virginis;* Augustinus *de bono conjugali, de ſancta Virginitate* etc.; Basilius Magnus περὶ νηστείας, περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς· Chrysostomus περὶ παρθενίας, πρὸς τοὺς τολμοῦντας τοῖς ἐπὶ τὸ μονάζειν εἰσαγοῦσιν κ. τ. λ.

§. 42.

6) Scripta ad disciplinam et officium eccleſiaſticum pertinentia.

Patrum antiquorum ſcripta perluſtrantibus obviam nobis fiunt etiam Commentationes, in quibus de officiis Eccleſiae membris, non tam laicis quam clericis, propriis, nec non de ordine in rebus eccleſiaſticis obſervando, diſputatum eſt *). Plurimae huius generis Commentationes tum locum maxime invenerunt, quum res et inſtituta Eccleſiae chriſtianae in ordinem ſtabilem conſuetudine, praeceptis et legibus digeſta eſſent, Eccleſiae ipſi autem, tutelae Imperatorum Romanorum commendatae, ab odio et hoſtili animo Judaeorum et Ethnicorum nihil amplius periculi impenderet.

---

*) Ad hanc librorum patriſticorum claſſem referendi ſunt: Chrysostomi *Libb. VI.* περὶ ἱερωσύνης, in modum Dia-

logi compositi, quorum permagna laus apud Veteres et Recentiores, et qui, ut Suidas monet, caeteris omnibus Chrysostomi libris et styli sublimitate et elocutionis amoenitate et vocum elegantia ac jucunditate antecellunt; Hieronymi *Epistola* (LII) *ad Nepotianum*, de vita Clericis sectanda et *Epistola* (LXIX) *ad Oceanum*, qua disciplinae ecclesiasticae articulum disputat: Numquid vir, qui ante baptismum habuisset uxorem, et ea mortua, post susceptum baptismum, alteram duxisset, bigamus esset dicendus, atque ob id ipsum creari Episcopus jure non possit?; Gregorii Magni *Lib. pastoralis curae*, qui olim tanti aestimatus est, ut non graece modo ab Anastasio, sed et Saxonice ab Alfredo Anglo-Saxonum Rege verteretur; Augustini *Tractatus de catechizandis rudibus*; porro libri, qui *de Cyclis Festorum Paschatos* conscripti sunt; Athanasii *Ep. ad Dracontium*, Epiphanii *ad Joannem Hierosolymitanum* etc.

§. 43.

7) Scripta exegetica et hermeneutica.

Walch *Bibl. patrist.* §. 75—82.

Ex quo historiae evangelicae et doctrinae christianae veritas, dogmatum autem religionis christianae recta et justa expositio e Prophetarum et Apostolorum scriptis in dubium et certamen vocatae essent, ad studium quoque exegeticum Patrum diligentia adacta est. Commentariorum et Tractatuum, nec non Versionum et Metaphrasium, quibus libros sacros illustrarent, inde ab Origenis temporibus usque ad finem Seculi, quod Patrum auctoritati finem imposuit, bona copia conscripta est *). Quam nos Exegesin practicam vocamus, ea praecipue a Patribus exculta est; minus autem interpretatio ad literam et historiam ipsis curae cordique fuit **). Nec defuerunt, qui Hermeneuticae sacrae praecepta explicanda sibi sumerent ***). Criticae sacrae neque plane oblitos, neque in ea exercenda omnino rudes fuisse Ecclesiae Patres, ex scriptis eorum satis constat; sed opera, quorum summa ad solam Criticam spectaret, si Origenis Hexapla iis adnumerari nolis, non reliquerunt.

*) Cf. J. Ge. Rosenmüller *Historia interpretationis Librorum SS. in Eccl. christ.* Hildburgh. et Lips. 795—815.

V. 8. J. FR. BUDDEUS in *Isagoge hist. theol. ad theol. universam singulasque eius partes* p. 1372 sqq.

**) De meritis Scholae Antiochenae circa interpretationem S. S. historico - grammaticam vid. F. MÜNTER *Ueber die antiochen. Schule;* in STÄUDLIN et TZSCHIRNER *Archiv f. Kirchengeschichte* I, 1, 1 sqq. et CAES. A LENGERKE *de Ephraemi Syri arte hermeneutica* p. 59 sqq.; de *Origene* autem eiusque methodo interpretandae S. S. cf. J. A. ERNESTI *Comment. de Origine interpretationis libror. S. S. grammaticae auctore;* C. A. HAGENBACH *Obss. hist. hermeneut. circa Origenis method. interpret. S. S.* et A LENGERKE l. c. p. 53 sqq.

***) E. g. HIERONYMUS *Ep.* (LVII.) *ad Pammachium* de optimo interpretandi genere, longe inferior AUGUSTINO, qui *libris de doctrina christiana* praecepta et regulas docet, quae sequenda ad Scripturam intelligendam et caeteris explicandam existimat.

§. 44.

8) Scripta historici argumenti.

WALCH *l. c.* §. 71. 72.

Inter Scripta Patrum historici argumenti multa fuerunt, quae Vitas et res gestas Martyrum, Sanctorum, Ecclesiae Praesidum et Scriptorum memoriae traderent, nec pauca, quae in describendis singulis Ecclesiae eventibus haererent; quae vero de historia ecclesiastica in universum agerent, de omnis Ecclesiae christianae fortuna narrarent*), numero pauciora fuerunt.

*) C. F. STÄUDLIN *Geschichte u. Literatur der Kirchengeschichte.* Hannov. 827. 8.

CAPUT II.

DE PATRUM SCRIPTIS RATIONE EXPOSITIONIS HABITA.

§. 45.

Tria ratione expositionis consideranda.

In expositione libri tria nobis consideranda veniunt; *lingua*, qua usus est Auctor; *stylus*,

quo argumentum libri profequutus eft, et *forma*, quam in tractando argumento ipfe fibi elegit.

§. 46.

1) De lingua, qua Patres in libris fuis ufi funt.

Lingua eft, qua adjuvante Auctor libri argumentum exponit. Scripta Patrum, quae ad nos pervenerunt, tribus linguis compofita funt: multa lingua graeca, plura latina, nonnulla fyriaca. In excolendo linguae ftudio quidam Patrum admodum diligentes fuere *); plures autem, praefertim Patrum eorum, quos primus Tertullianus latine loqui docuit, de puritate et caftitate linguae nimis incuriofi inveniuntur **).

---

*) E. g. Chrysostomus, Basilius Magnus, Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus, Minucius Felix, Lactantius, Ambrosius.

**) Simile quid in hac parte nobis obvenit, atque in disputatione de puritate linguae graecae Novi Teftamenti. Multae enim loquendi formulae apud Scriptores Ecclefiae occidentalis e. gr. Minucium Felicem, Africanismi accufantur, quae latiniffimae et aureae plane aetatis funt; quamvis non negaveris, per rhetores Africanos, qui Romae fub M. Antonino potiffimum floruerint, formas Africanas invaluiffe. Vid. Schoenemannus l. l. I, 61. Cf. etiam Index latinitatis Tertullianeae in edit. Operum Tertulliani Rigaltiana, et F. Münter *Primord. Eccl. Africanae* p. 133. — A Seculo IV. exeunte invaluit ufus vocum barbararum.

§. 47.

2) De ftylo Patrum Ecclefiae.

Cf. Walch *Bibl. patrift.* §. 69.

Stylus Scriptoris confpicitur in modo et confuetudine, quam in eloquendo libri argumento obfervat. Varius eft pro ingenio et ingenii cultura, pro eruditionis et ftudii ratione, ita ut quisque Scriptorum ftylum fibi proprium et peculiarem habeat *). Ut in animi indole ftyli

causam, ita in stylo ingenii proprietates agnoscimus. Simplicitas, quae classicorum Auctorum stylo non vulgari commendationi est, et cuius adsequendae nonnulli Patrum non parum studiosi fuerunt **), cedit magis magisque universae eruditionis et studii literarum ruinae ***), et hac ex causa Patres seriorum Seculorum, tantum non omnes, de affectato orationis genere male audiunt.

---

*) Non solum stylus pro diversitate ingenii etc. diversus est, sed et Virorum eruditorum judicium de singulorum Scriptorum styli virtutibus et vitiis, mirum est quantum variat. Du Pinius et Baehrius, siquidem ego recte video, in dijudicando Ecclesiae Patrum stylo, cui praecipue plures eorum Editores nimium indulgerent, prae aliis ingeniosi et aequi. Quantopere nonnunquam hac in re inter se discrepent Virorum Doctorum sententiae, videre est in judiciis, quae de Ambrosii Librorum de Officiis stylo fecerunt.

**) Picus Mirandulanus *Epist.* III, 10. *Lactantius* stylum Ciceronis effigiavit, vel ut quibusdam placet supergressus est: mihi videtur rebus et sententiis crebrior, nec numeris injucundior, nec sibi aequabilitate et candore posterior. Has quippe virtutes maximis viribus et aemulatus et assecutus est, hunc nec aequalem posteri momorderunt, nemo elumbem, et fractum, Asiaticum, et reduntantem causatus est. De *Basilio Magno* ita Du Pinius *l. c.* II, 343. Dictio eius pura et significans est. Illius locutiones sunt sublimes atque magnificae; stylus elegans, nitidus et ad persuadendum accommodatus; oratio semper naturalis, cum lenitate fluens et omni carens affectatione. Jucunde persuadet, res nitide exponit, ita dextere eas in luce collocat, ut haberi possit tamquam exemplar, quod, judicante Photio, a Demosthene et peritissimis totius Antiquitatis Oratoribus non multum distat. Imo, si Erasmo credimus, Basilius antiquos Oratores graecos antecellit, et ipsorum vitiis caret.

***) Baehr *Die christl. römische Theologie* S. 390 ff.

§. 48.

3) De forma Scriptorum, in qua sibi Patres placuerunt.

Patres in conscribendis libris suis non solum iis formis usi sunt, quas ab antiquitate classica acceperant, sed addiderunt etiam quaedam,

quibus construendis Ecclesiae constitutio et doctoris christiani officium ansam et occasionem obtulit. Supersunt nobis ex antiquiore Christianorum literatura non solum Libri sub forma Tractatuum, Dialogorum, Epistolarum, Orationum etc. ad exemplum Auctorum classicorum compositi; sed etiam alii, quorum sub novo nomine nova forma nunc primum in medium prolata est: Homiliae et Catecheses.

§. 49.

a) Homiliae.

WALCH *l. c.*

Sub Homiliarum nomine immensus numerus Orationum sacrarum nostris temporibus conservatus est. Sed non solum ratione argumenti, quod tractant, sed etiam ratione formae et dispositionis ab operibus profanorum Oratorum longe distant *), quamvis non negem, fuisse Patres, qui Oratores veteres imitando Homilias composuerint, ad artem oratoriam, qua Veteres excelluerunt, propius accedentes.

*) Vid. ANDR. GFR. SCHMIDT *Die Homilie, eine besondere geistliche Redegattung in ihrem ganzen Umfange dargestellt.* Hal. 827. 8.

§. 50.

b) Catecheses.

WALCH *l. c.* §. 114—117.

Catechesium, quae inter veterum Patrum scripta habentur, longe alia ratio est, atque scriptorum, quae nostris temporibus hoc nomine insigniuntur. Nomen Catechesium enim iis Patrum Orationibus sive Allocutionibus et Institutionibus, impositum invenimus, in quibus de

praecipuis fidei chriſtianae Articulis et vitae chriſtianae virtutibus cum Catechumenis, qui omnes Catechumenatus gradus obierant, i. e. φωτιζομένοις, antequam baptizarentur, agebatur *). Pro Catechumenorum varia eruditione et doctrina argumento et argumenti tractatione inter ſe differunt: Dialogi formam, quae noſtris Catecheſibus propria eſt, adſpernantur.

---

*) Cyrillus Hierosolymitanus oſtendit in *prima Catecheſium ad Competentes*, quae ſit Catecheſium et Homiliarum inter ſe diverſa ratio. Si accidat, inquit, ut aliquid in Homiliis neglexerimus, cras discere poterimus: ſed quoniam in Catecheſibus ſerie explicantur omnia myſteria, quae ſcire debet is, qui baptizari velit, ſi quodam caſu Catecheſin aliquam audire negligat, eam iterum audire nequit; et cum omnia myſteria nativam inter ſe connexionem habeant, ſi quoddam non percipiatur, metuendum eſſe, ne quidquam in caeteris capiamus. — Idem Cyrillus, praeter XVIII Catecheſes ad φωτιζομένους, quinque *Catecheſes*, quae *myſtagogicae* vocantur, reliquit, quae ad eos pertinent, qui Baptismatis gratiam jam acceperant. Duae illarum poſteriores apud Catholicos in doctrina de Euchariſtia multum auctoritate valent.

PARS SECUNDA.

DE FRUCTIBUS AD THEOLOGOS CHRISTIANOS EX PATRUM ECCLESIASTICORUM STUDIO REDUNDANTIBUS.

Walch *Biblioth. patrift.* §. 140—144.

§. 51.

De fructibus ex Patrum ftudio percipiendis in genere.

Pro majore aut minore auctoritate, qua pollent Patrum fcripta apud Doctores theologos Ecclefiae catholicae aut acatholicae *), diverfum eorum ftudium momentum habet ac pondus, atque ita et diverfi generis funt fructus ex ipfo percipiendi. Catholicorum Doctorum plerique in Patrum fcriptis fontes venerantur, ex quibus argumenta hauriant, veram effe fidem, quam profitentur, et praecepta inftitutaque Ecclefiae, cui adhaerent, effe antiquae, imo divinae originis; Acatholici Doctores vero in iisdem fcriptis plerumque nil nifi monumenta antiqua agnoscunt, quae ipfis notitiam deferant et fcientiam variarum rerum, quibus ad magis magisque excolendas theologiae disciplinas bene utantur **).

---

*) Walch *Bibl. patrift.* §. 145 — 152. Buddeus *Ifagoge hift. theol. ad theologiam univerfam* p. 539 fqq.

**) Cf. Wiest *Inftitutt. patrologiae* §. 316.

§. 52.

— in ſpecie.

Ad omnes autem theologiae chriſtianae partes, ſi penitus cognitas eas habere velimus, pertinet Patrum eccleſiaſticorum ſtudium. Ante omnia inſervit hiſtoriae et antiquitatum eccleſiaſticarum ſtudio; deinde vero magnum adfert uſum dogmata chriſtiana explicantibus eorumque hiſtoriam percontantibus; tum autem inſigni praeſidio eſt iis, qui in doctrinis et ritibus Eccleſiae noſtrae defendendis operam laboremque conſumunt; poſtea opitulatur interpretibus librorum ſacrorum, et poſtremo multum confert ad oratoris ſacri ingenium excolendum et mentem atque animum paſtoris evangelici conformandum.

§. 53.

Fructus ad ſtudium hiſtoriae eccleſiaſticae redundantes.

Patrum Eccleſiae ſcripta fontes ſunt limpidiſſimi, ex quibus notitiam antiquitatis chriſtianae hauriamus: augent variae doctrinae et ſcientiae copias, atque antiquitatis penus, unde ab omni tempore eruditorum hominum ſcrinia ditata ſunt*). Eorum ſtudio ducimur ad ſcientiam et cognitionem cujuscunque conditionis et fortunae rei publicae et privatae Chriſtianorum unice veram et ſinceram et maxime vividam. Omnia, quae ad civitatem hominum chriſtianorum conſtruendam aut deſtruendam, ſtabiliendam aut concutiendam geſta ſunt et contulerunt, ob oculos quaſi noſtros geruntur; audimus ipſos Viros, quibus in ſtatu civitatis eccleſiaſticae formando primae datae ſunt partes; coram cernimus temporum varietates fortunaeque rei chri-

stianae vicissitudines, medio in orbe terrarum christianarum positi; tractantur nobiscum in praesentia, quae olim animos et linguas calamosque Ecclesiae Doctorum occuparunt; haurimus laetitiam aut moerorem, ex quacunque reipublicae christianae statu cum iis ipsis, qui proxime aut salute aut rebus adversis Christianorum adficiebantur; spe erigimur aut metu deprimimur pro temporum, bona aut mala appropinquantia ostendentium, natura et ratione, perinde quasi contemparanei essemus; vivimus, ut uno omnia complectamur, dum in Patrum studio vivimus, cum Patribus ipsis **).

---

*) Viam, qua progrediendum est, si Patrum lectionem in usum studii antiquitatum ecclesiasticarum convertere velimus, exemplo suo nobis demonstravit Auctor libri: *Compendium Antiquitatum ecclesiasticarum e Scriptoribus apologeticis eorumdemque Commentatoribus compositum;* qui cura et studio J. Ge. Walchii prodiit Lipsiae 1733. 8.

**) Ipsi historiographi ecclesiastici inter Patres neutiquam ex arte scripserunt, qua praeclari in historicis profanis, tam Graecorum, quam Romanorum, excellunt; neque in eo laborarunt, ut historiam nuntiam facerent et interpretem curae, consilii, voluntatis divinae, religionis minus, quam Ecclesiae commodis studentes, et immemores effati illius Augustini *Lib. de vera religione* Cap. XXII. „Quoniam divina providentia non solum singulis hominibus, quasi privatim; sed universo generi humano, tanquam publice consulit: quid cum singulis agitur Deus scit, atque ipsi, cum quibus agitur, sciunt. Quid autem agatur cum genere humano, per historiam commendari voluit et per prophetiam.“ Quod *Tacitus* in se recipere non dubitavit, se sine ira et studio, quorum causas procul haberet, composuisse historiam, id historici ecclesiastici nullo modo de se affirmare possunt, quum ad partium studium temporum et officii quasi ratione raperentur; nec quod *Cicero* ad historiam postulat, ut praeparato otio instituatur, ex negotiorum ratione ipsis datum erat. Praecipue autem duo erant, quorum causa ad conscribendam historiam eccl. se applicarent Patres: unum, ut dignitatem et veritatem religionis christianae demonstrarent ex victoria praeclara, quam haec in certamine cum religione gentilium reportaverat: alterum autem, ut ex pugnae cum Haereticis felicitate ostenderent, quam vera sit Ecclesia catholica et quam integra in ipsa conservata apostolica Traditio. Qua de causa tribus praesertim in rebus exponendis versantur: scilicet in exponendis persecutionibus et vexationibus Christianismi; in demonstranda continua Episcoporum

ferie in Ecclesiis apostolicis et in destruendis Haereticorum insidiis. Tandem in Vitis Martyrum et Sanctorum conscribendis, et Annalium rudi factorum enumeratione omnes artis historicae reliquiae interierunt. Quibus ex dictis elucet, Patrum Ecclesiae studium parum ad formandos historiarum tractandarum artifices afferre posse.

§. 54.

Quam utilitatem ex Patrum studio capiat theologia dogmatica.

Walch *l. c.* §. 143.

In rebus disciplinae, quae circa fidei christianae rationes et vitae christianae praecepta versatur, vix Aliorum commodis atque utilitatibus lectio Patrum inservit, quam historiae Studiosorum. Nostra enim tempora ab illa Patrum aetate, si eruditionis rationem, philosophiae studium, linguarum cognitionem et omnem omnino ingeniorum culturam spectes, tam longe distant et tantopere immutata sunt, ut quae illis antiquis Ecclesiae Doctoribus in explicandis, probandis, defendendis, commendandis et ad vitae christianae usum adhibendis dogmatis et praeceptis usui esse poterant, ea nostrorum Theologorum sensum veri et recti vix ac ne vix quidem afficiant *). Docemur autem librorum patristicorum studio, quod neutiquam parvi aestimandum esse censeamus, quis Ecclesiae dogmatum fons fuerit et origo, unde incrementa ceperint ac formam, quod ipsorum in fidei doctrina momentum, quibus fortunae vicissitudinibus expertis ad posteros venerint **), quid ergo de eorum, quae perhibentur, tam antiquitate, quam perpetuitate et constantia statuendum sit. Doctrinae moralis in formam disciplinae theologicae redactae ne vestigium quidem apud Patres. Inde factum est, ut ipsi virtutum praecepta magis ad temporum rationem et Seculi ingenium accommodarent,

quam ex summo quodam praecepto deducerent, et de omni vita christiana nimis anguste sentirent et judicarent. Itaque admonendo potius, quam docendo scripta Patrum moralia studiosis prosunt ***).

---

*) Vox est hominis fanatici, non theologi, quamvis catholici — quorum tamen est affirmare, quae in SS. Patrum scriptis non occurrant, ea de fide esse non posse — quae emissa in Benkerti *Allgem. Religions- und Kirchenfreunde* a. 1833. m. Mart., ita sonat: „Seitdem ich die Schule der erhabenen Väter der Urkirche besuche, und besonders dem heiligen Irenaeus mein Herz zugewendet habe, will mir nichts mehr so recht behagen, was die neueste Zeit im Fache der heil. Wissenschaft und Sittenlehre, zumal auf viesen Lehranstalten Deutschlands hervorgebracht hat.“ Non cuivis homini contingit adire Corinthum! Caeterum nil mirum, si Patres disciplinae dogmaticae excolendae tam parum profuerunt: neque enim tempornm conditio, neque literarum status habebat, quod ipsos ad studium, dogmata christiana inter se connectendi et in ordinem justum redigendi et ad summum quoddam argumentum revocandi impulisset.

**) Cf. Pet. Zorn *de varia fortuna vocis ὁμοούσιος*; in Eiusd. *Opuscc. sacr.* I, 71 sqq.

***) Walch *Biblioth. patrist.* §. 118 sqq.

§. 55.

Quid interpretationi librorum sacrorum prosit Patrum Ecclesiae studium.

Walch *l. c.* §. 142.

Nolumus iis adnumerari, qui Scripturarum sacrarum interpretationem, quam vocant historico-grammaticam, cum omni ad eam pertinente litterarum studio et doctrinae apparatu *) negligentes imo rejicientes, in eo unice sibi placent, ut sensum allegoricum, typicum, mysticum in sacris literis latentem, investigent atque aperiant; neque iis, qui liberalioribus interpretationis studiis abalienati, ad ecclesiasticam doctrinam librorum sacrorum verba detorqueant; sed in eo ponimus partes officii, quo fungi debent Doctores

ecclesiastici, ut quae sacris literis inest demonstratio et significatio fidei vere evangelicae, aut quod praebent praesidium vitae vere christianae, exquirant et ad explicandum et interpretandum sibi sumant **). Theologis autem, qui hac in causa laborant, Ecclesiae Patrum plures, ab Origene usque ad medium Seculum quintum viventes ***), exemplo esse possunt et non parum auxilii adferunt ****).

---

*) Quantopere *Ephraemus Syrus* discipulos excitet, ut in literarum studium indefesse incumbant, et quantopere despiciat atque aspernetur interpretes, qui sine scientiae pervestigatione neque solidam doctrinam persecuti, omnem Scripturam in maximum religionis ac doctrinae detrimentum, conturbant et contorte intelligunt, legere est apud Caesarem a Lengerke in *Libro de Ephraemi Syri arte hermeneutica* p. 47 sq. Cf. J. F. Lippold *Rhetor. Anmerkungen üb. die Schreibart des Apostels Paulus — aus den Schriften des Chrysostomus gesammelt.* Viteb. 779. 8.

**) Josephus ab Hommer, Episcopus olim Trevirensis, laudat in Praefatione ad Arnoldi Versionem germanicam Chrysostomi Homiliarum in Epistolas Pauli, Patrum studium ut Lucernam non fallacem, quae nobis altitudinem divinae revelationis demonstret, et sensum religiosum, qui in omnibus nil nisi Deum quaerat, Ecclesiae Ministris ingeneret. Cf. Pet. J. Mönster *De Dionysii Alexandr. circa Apocalypsin Johann. sententia, huiusque vi in saniorem libri existimationem.* Hafn. 829. 8. et Bhd. Klefeker *Des christlichen Predigers, als Auslegers der heil. Scrift, Beruf und Befugniss.* Alton. 818. 8.

***) Liberi adhuc a nonnullis opinionibus praejudicatis, quibus varios in errores et interpretationes perversas inducti sunt Theologi seriorum temporum. Confer, si velis, ea, quae Interpretes Seculi XVII. et maximam partem XVIII. ad locum Matth. II, 12. attulerunt cum iis, quae ab *Origine* inprimis et *Chrysostomo* dicta sunt. Plura vide apud Ge. W. Meyer *de Chrysostomo, literarum sacrarum interprete.* Partic. I — V. Norimb. 806 — 16. 4. — Quod ad disputationem PP. de *arte hermeneutica* attinet, vid. J. Sal. Semler *Antiquitatum hermeneuticarum ex Tertulliano — Spec. I.* Hal. 765. 4.

****) Plura, quae promovendae interpretationi historico-grammaticae inserviunt, in Catenis congesta sunt. — De ratione, quam in interpretandis libris sacris secuti sunt Patres latinae Eccl. antiquiores et Sec. V et VI. breviter disputat J. Ge. Arn. Oelrichs in *Commentar. de Scriptorib. Eccl. lat.* p. 156 sqq. et 512 sqq.

§. 56.

In Critica sacra tractanda usus Patrum eximius.

Sive de Authentia librorum sacrorum quaestio sit, sive de integritate textus et lectionis veritate, testimonia, quae nobis exhibent Patres, maximi sunt momenti *). Quae enim his in rebus, ex argumentis, quae vocant, internis disputantur, ea plerumque admodum sunt lubrica, ambigua, incerta: nullus autem nobis superest librorum sacrorum Codex manuscriptus, qui Patrum antiquiorum aetatem attingat. Accedit, quod Patres non solum adminicula Critices exercendae haud spernenda praebent, sed et ipsorum nonnulli periculum hac in arte fecerunt, quod infelix irritumque esse, dicere veremur.

*) Patrum graecorum summa est in re critica utilitas. Quanti momenti sint in Crisi sacra Clemens Alexandr., Origenes, Cyrillus uterque, aliique permulti, vel tironibus notum est. Ita Griesbachius *Prolegg. ad Edit. N. T.* p. VIII.

§. 57.

Nec non in arte homiletica exercenda.

Nulla res ad studium hominis theologi et doctoris christiani magis interest, quam ars, doctrinam evangelicam ita populo tradendi et explicandi, ut incitamentum sit et subsidium vitae christianae. Qua autem in arte inter Patres graecos nonnulli tantopere excelluerunt, ut eos omni posteritati quasi exemplar ad imitandum proponere Viri, huius artis neutiquam inscii, haud cunctati sint. Et si aliud nihil ex eorum operibus esset discendum, hoc certe intelligeremus, eloquentiam sacram esse virtutem, ad quam consequendam, qui doctoris evangelici munere fungitur,

omnes nervos aetatis induſtriaeque, omnem operam, omne ſtudium, omnem laborem interponere debeat. Quid ſibi velit, verbi divini vocari miniſtrum, Chryſoſtomus, Baſilius Magnus, Gregorii al. melius pleniusque exemplo ſuo docent, quam omnes de muneris eccleſiaſtici disciplina conſcripti libri, iis non exceptis, qui a Patribus ipſis profecti ſunt **).

---

*) Dan. Ge. Morhof *Polyhiſt. literar.* Ed. 4. p. 985. „Veram eloquentiam oſtendunt veteres graeci et latini Eccleſiarum doctores, quibus ſi periret artificium oratorium, omnis ſcriptionis gratia periret. Hos duces in hoc genere habemus praecipuos; quorum exemplo ſi quis ſuam orationem inſtituere poteſt, is revera boni oratoris titulum merebitur." Patres vero graeci in dicendo plus valebant, quam latini. Cf. E. L. Dan. Huch Pr. *de Baſilio M., oratore logico.* Serveſt. 771. fol. Tiber. Hemsterhuis ad Lucian. I, 389 ſq. Herderus in *Briefen das Studium d. Theologie betreffend.* Brief 47. „Die beſten Kirchenväter waren zugleich die ſimpelſten Homileten. Ich laſſe manchen ihren Witz, ihre Allegorieen, ihre glänzenden Tiraden; aber ihre Kürze, Einfalt, ihr Anſehen, ihren herzlichen, oder wenn ich ſo ſagen darf, Bruſtvortrag (eloquentiam pectoris) beneide ich manchen. Es iſt eine Schande, daſs viele Prediger unter Poſtillen alt und grau werden, und wenigſtens einen *Baſilius* und *Chryſoſtomus* nie kennen gelernt haben."

**) E. g. Joannis Chrysostomi *Libb.* περὶ ἱερωσύνης; Hieronymi *Epiſt. ad Nepotianum;* Augustinus *Lib. IV. de doctrina chriſtiana* etc.

§. 58.

Et in theologia polemica.

Cf. Walch *l. c.* §. 104. 105. et prae omnibus Jo. Dallaeus *de uſu Patrum ad ea definienda religionis capita, quae ſunt hodie controverſa.* Libb. II. Genev. 686. 4.

Quae primum per longam annorum ſeriem permagno ſibi gaudebat applauſu, tum vero per decem et quod excurrit luſtra plane neglecta inter disciplinas theologicas jacebat, nunc autem in eo eſt, ut ad cathedras academicas, quibus de-

pulsa fuerat, revocetur *), Theologia polemica, in Patrum ecclesiasticorum operibus olim fundamentum quasi habebat ac firmamentum, tunc temporis scilicet, quo in debellandis Ecclesiae nostrae adversariis maxime occupata esset **). Sed ea, qua progredi facie novissime jussa est, quaeque illam pro temporum nostrorum ratione apprime etiam decet, plura evanuerunt, quibus antea Patrum studium Theologis commendari posset ***).

---

*) H. G. Tzschirner *Ueber das Bedürfniss einer zeitgemässen Polemik in der evangelischen Kirche;* in Eiusd. *Magazin für christliche Predd.* Vol. III. Partic. 1. cf. *Allgem. Kirchenzeitung* a. 1825. N. 143. et Muzel *Etwas zur Empfehlung des Studiums d. polem. Theologie;* in Boeckel *Neuest. Archiv f. d. Pastoralwissensch.* Vol. III.

**) Praeclara de historia et tractatione theologiae polemicae, qualis suo tempore erat, habet Buddeus in *Isagoge hist. theol. in universam theologiam* Lib. II. Cap. 7.

***) C. H. Sack in *Christliche Polemik.* Hamb. 838. 4. ita describit theologiam polemicam: „Die Polemik ist derjenige Theil der philosophisch-kritischen Theologie, welcher die den christlichen Glauben gefährdenden und die Reinheit der Kirche trübenden Irrthümer nach ihrem Wesen und Zusammenhange erkennen und widerlegen lehrt." Quae ad judicandum hunc Sackii librum Lücke in *Theol. Studien u. Kritiken* XII, 243 sqq. attulit, lectu sunt dignissima.

§. 59.

Quae praeter ea Theologis a Patrum studio exspectanda sint.

Praeter usum, ut verbis e Schola desumtis utamur, praeter usum didacticum, adfert studium Ecclesiae Patrum Theologis etiam usum epanorthoticum. Inest enim in hoc studio non solum, quod scientiam Theologorum regat et doctrinam eorum amplificet, sed etiam quod ad ingenium excolendum et ad mores emendandos magnam vim et singularem et benignam afferre queat. Docent nos Patres, quamvis ipsi saepius

errantes, libere ſentire de omnibus rebus, quae Chriſtianorum eſſe Saecula crediderunt et perhibuerunt; hortantur nos, etſi ipſi interdum difficiliores, ut aequi ſimus et faciles in ferendis Aliorum de rebus ſacris opinionibus; admonent nos, et ipſi non raro modum excedentes, ut modeſtiae ſtudeamus, ne nimiam fiduciam vel in animi noſtri facultatibus, vel in Aliorum auctoritate collocemus; excitant nos, tametſi plures eorum ſint illiberales, ut nos liberemus ab omnibus animi contracti et puſilli motibus in rebus ad religionem; et erigunt nos, qui ipſi nunquam deſperarunt, ut ſpem firmam teneamus, cauſam Chriſtianorum eſſe bonam et tandem triumphantem.

PARS TERTIA.

DE REBUS AD PATRUM ECCLESIASTICORUM STUDIUM RECTE INSTITUENDUM NECESSARIIS.

SECTIO PRIMA.

DE PRAEPARATIONE AD HOC STUDIUM.

§. 60.

Praeparationis partes.

Non nisi bene praeparatis e studio Patrum eae utilitates provenire possunt, quas modo innuimus. Omnis vero Praeparatio duas habet partes, quarum una, quae magis generalis est, ad eos spectat, qui in libris Patrum legendis operam et industriam ponere volent, altera autem, quae magis specialis est, ad libros attinet, in quorum studium incumbere sibi propositum habent.

CAPUT I.

DE PRAEPARATIONE, QUAE AD LECTORES OPERUM PATRISTICORUM SPECTAT.

§. 61.

Quibus ex rebus haec Praeparatio constet.

Quum ad Patrum ecclesiasticorum scripta illotis manibus, hoc est, sine justa praepara-

tione accedere, nec fas ſit, nec viri prudentis, ante omnia de iis quaerendum eſt, quae Lector ad Patrum libros legendos afferre debeat. Bene vero praeparatum eſſe tunc recte dicitur Lector, cum praeditus ſit eo ingenii vigore et cultura, ſatis quoque exercitatus iis in artibus, atque inſtructus iis doctrinae ac ſcientiae copiis, quibus ad recte legendos et probe intelligendos Patrum libros haud carere poſſit.

§. 62.

1) Ingenii vigor et cultus.

Ingenii naturalis dexteritas ac vigor ad Patrum tractandorum ſtudium neceſſarius in eo poſitus eſt, ut cuiuscunque Patris ingenium et mores probe intelligere et fideliter capere, ad ipſius vitae et ſtatus rationem noſtrum judicium conformare, et liberi ex carceribus praeconceptarum opinionum, ex noſtrorum temporum conditione et Eccleſiae noſtrae ſtatu, ad eius aetatis indolem et ejus Eccleſiae habitum nos convertere et quaſi deſcendere, facili negotio queamus. Cultum autem ingenii iis tribuimus, qui Patrum libris bene uti didicerunt, ab omni eorum abuſu abhorrentes *).

*) „Abuti Patribus et illi cenſendi ſunt, qui oſtentationis cauſſa eorum ſcripta legunt, ſeu ut quaedam inde corradant, quibus ſermones ſacros, quos ad populum habent, exornent.“ Buddeus l. c. p. 543.

§. 63.

2) Scientiae ac doctrinae copiae.

Neminem ſine peritia linguarum, quibus in ſcribendo Patres uſi ſunt, in eorum ſcriptorum lectione et interpretatione rite verſari

posse, res est per se clara et expedita; temerarium autem esse, fidem habere versionibus, vel latinis vel vernaculis, jam olim observatum est et demonstratum *). Nec potis est, eum intelligere scriptum ecclesiasticum antiquum, qui, destitutus ab omni antiquitatis et historiae ecclesiasticae cognitione, ad illud se confert. Quanto autem plura nos ad Patrum lectionem ex eruditionis et doctrinae nostrae penu adferimus, tanto plura ex ipsorum scriptis reportamus.

---

*) Dallaeus *de usu Patrum* Lib. I. Cap. 5. „Ad Veterum libros probe intelligendos inprimis necessaria est linguarum, quibus plerique scripti sunt, graecae scilicet et latinae accurata cognitio. — Scio, plerosque interpretibus, sive latinis sive vernaculis, fidem habere, imo et eo ventum esse, ut nonnulli non dubitarent, de Patribus graecis, nulla (quantum quidem ex eorum scriptis adparet) graecae linguae solida cognitione instructi, judicare; quod magnae fuisse temeritatis, nemo, credo, inficiabitur. Res ipsa per se satis docet ad penitus introspiciendam scriptoris mentem, maxime in rebus magni momenti, quantum conducat eius linguam, phrases, vocabula, connexionisque inter se rationem ad unguem callere, cum quaelibet lingua habeat nescio quam vim significandi singularem et quasi innatam, quam nemo quantumvis eruditus, disertus ac fidus sic adsequitur, ut interpretando non deterat et diluat.“

§. 64.

3) Artes in quibus exercitatus Patrum studiosus esse debet.

Duarum praesertim artium scriptorum Patrum studiosum, gnarum esse oportet; artis hermeneuticae et criticae. Non sufficit autem ei, qui harum artium laude vult florere, ut regulas earum bene sibi cognitas habeat, sed ipsa exercitatione, scripta Veterum interpretandi *) et de eorum statu literario et authentico judicandi, ad obtinendam hanc laudem anniti debet.

*) „Ohne Zweifel haben die Römer oft eine mifslichere Hermeneutik als die Griechen; theils im archaisirenden Zeitraum, wo kein überall gültiger und correcter Sprachgebrauch besteht; theils aber ohne Rücksicht auf Zeit, wegen des Vorherrschens der Subjectivität, wo denn die Combination und Darstellung weit dunklere Gänge durchmacht, als bei den Griechen. Ein merkwürdiges Extrem sind in dieser Hinsicht die lateinischen Patres, verglichen mit der Diction der gebildeteren und gleichförmigeren Kirchenväter bei den Griechen." G. Bernhardy *Grundlinien zur Encyklopädie der Philologie* p. 90 sq.

Caput II.

DE PRAEPARATIONE, QUAE AD LIBROS PATRUM LEGENDOS SPECTAT.

§. 65.

Huius Praeparationis partes.

Praeparationis, quae ad libros Patrum legendos spectat, quatuor sunt partes: quarum prima circa textum, secunda circa Auctorem, tertia circa tempus, quarta autem circa authentiam libri versatur.

§. 66.

1) Praeparatio ad librorum textum attinens.

Cf. §. 24.

Nisi de textus ratione nostra firmiter stat sententia, certi nihil de libro aliquo eiusque indole pronuntiari potest. Est enim textus in Judicio, quod de Authentia libri exercetur, quasi, quod vocant, corpus delicti, quod si integrum et incorruptum non habetur, omnis de re, circa quam quaestio versatur, et de singulis libri dotibus fluctuet sententia, necesse est. Ante omnia ergo literarum patristicarum studioso curandum est, ut editione utatur, quae

libri, quem ad manus ſumſit, textum maxime integrum et correctum ipſi exhibeat *).

*) Eiusmodi Editionum recenſum egimus §. 29. not. ***

§. 67.

2) Praeparatio ad Auctores ſpectans.

Mirum eſt, quantum ad lucem libris affundendam conferat vitae Auctorum penitior cognitio *). Ampliſſima autem eſt materies ad utilem **) Vitarum deſcriptionem conſtruendam neceſſaria, quae non in omnibus pari modo acquiri poteſt. Sed etiam Vitas Auctorum, et in ſpecie Patrum eccleſiaſticorum, recte intelligere et ad eorum ſcriptorum interpretationem prudenter adhibere; nec minus, quam habuerint vim aetatis ***) et patriae opportunitates ****), munerum conditiones, fortunaeque viciſſitudines, ingenii indoles atque cultura, eruditionis, doctrinae, induſtriae habitus †) ad effingendos eorum animos, mores, opiniones, ad librorum argumentum et formam conſtituendam, nec non ad ſermonis uſum, ſibi ipſi recte interpretari, res eſt non vulgaris ſcientiae et artis ††).

*) Cf. Baumgarten - Crusius *Lehrbuch der chriſtlichen Dogmengeſchichte* p. 77.

**) Id eſt eam, quae interpreti bono uſui eſſe poſſit.

***) Quod attinet ad tempus, in quod Patris vita incidit, praecipue notandum eſt, quinam in eo ſtatus rei et doctrinae chriſtianae fuerit. In tres Periodos aetas Patrum commode dividi poteſt, quarum prima eſt *Patrum et Virorum apoſtolicorum*, usque ad a. Chr. 125; ſecunda *Apologetarum* rem et fidem chriſtianam adverſus Judaeos et ethnicae religionis aſſeclas, nec non adverſus impetus Philoſophorum et Imperatorum tyrannidem defendentium, usque ad a. Chr. 325., quo Synodus Nicaena celebrata eſt; tertia denique eſt ea, quae in ſtabi-

lienda republica ecclesiastica adversus Sectarum et Schismaticorum conatus, et in Orthodoxia Ecclesiae catholicae confirmanda adversus Haereticos maxime occupata, Periodus *Polemicorum* vocari et usque ad finem Sec. VI. protrahi potest.

****) In Patria videndum, quae Coeli natura, quod Incolarum ingenium, quis Ecclesiae et religionis christianae status, quae literarum et linguarum studia et cultura, quae omnia plus minus diversa in Oriente et Occidente, apud Graecos et Romanos, graece et latine loquentes, in Aegypto, Asia minore, Syria, Graecia, Italia, Gallia, Hispania, Africa. Etiam ad Opportunitatem, εὐκαιρίαν, qua usi sunt Patres in comparando doctrinae et eruditionis apparatu et omnino in tractando literarum studio, ubi de Scholis quas frequentarunt, et de Praeceptoribus, quos sortiti sunt, agendum. Scholarum enim diversa ratio et disciplina. Aliam Doctores Ecclesiae instituendi rationem adhibuerunt Alexandrinae, aliam Antiochenae, Caesareensis, Edessenae Scholarum praefecti. Etiam Praeceptorum singulorum, Rhetorum, Sophistarum, Clericorum varius docendi et instituendi modus.

†) Ad habitum Patrum internum quod spectat, primo inquirendum est in eorum ingenium et sensum nativum: an illud acutum aut retusum, eximium aut tenue; hic autem an stupidus aut vehemens, probus aut perversus et quae in utroque de indole populi, quem sanguine contingunt, appareat. Deinde animus advertendus est ad ingenii culturam, utrum malo corruptum, an bono excultum, utrum fortuna secunda elatum an adversa depressum, ubi etiam de exemplis sermo faciendus, quae ipsis ante oculos versarunt, et momentum faciendum avaritiae, fastus, ambitionis, dominandi cupidinis Clericorum. Tum cura adhibenda, ut intelligamus, quae Patrum fuerint doctrinae et omnis generis humanitatis studia, philosophiae inprimis, historiae, linguarum. Denique quaestio instituenda de fide eorum religiosa, utrum rationis judicio in ipsis nata sit, an ex Aliorum auctoritate profecta, nec non utrum cum Ecclesiae doctrina consentiat, an ab ipsa et quibus in rebus differat. Vid. WINTER *Krit. Gesch. d. ältesten Zeugen u. Lehrer des Christenthums nach den Aposteln* p. 155.

††) Scriptores, qui ad elaborandas Patrum Vitas studium et operam contulerunt, sunt vel contemporales et veteres, vel recentiores; amici vel adversarii. Sic *Pontius* Diaconus Carthaginensis, Cypriani temporum aequalis, de huius vita et passione commentatus est, et *Gregorii*, Nazianzenus et Nyssenus, orationibus funebribus Basilii Magni memoriam celebrarunt. Habemus et *Confessiones Patrum* de ipsorum vita: *Ephraemi Syri* Narrationem ad Monachos de Confessione sua; *Gregorii Nazianzeni* Carmen de vita sua et per omnia saecula celebratas Confessiones *Augustini*. Inter recentiores prae caeteris laudandi *A. Neander*, *C. Ullmann*, *F. W. Rettberg* cum Aliis, quorum Commentarii extant de *Tertulliano*, *Chrysostomo*, *S. Bernhardo*, de *Gregorio Nazianzeno*, *Cypriano*, *Athanasio*, *Basilio Magno*, *Origene* etc. Caeterum cf. de hac materia SIM. ERHARDT *Das Leben und seine Beschreibung*. Norimb. 816.

§. 68.

3) Praeparatio in tempus libri ſcripti inquirens.

Cf. §. 13.

Ad melius et plenius intelligendum librum nonnunquam non ſatis eſt, ut ad aetatem Auctoris reſpiciamus, ſed definiendum eſt et temporis momentum, in quod libri origo incidit. Quod vero ut bene cognitum habeamus, prae caeteris grave eſt in libris apologéticis, in Epiſtolis, Homiliis quibusdam et nonnullis ſcriptis polemicis. Pleraque eiusmodi ſcripta in ſe habent, quo ſuae originis momentum intelligentibus ſignificent.

§. 69.

4) — — ad authentiam libri animum attendens.

Walch *Bibl. patriſt.* §. 42.

Omnis de Libri Authentia quaeſtio exercetur comparatione eius cum rebus, quae nobis de Auctore et tempore, quo ſcriptus eſſe perhibetur, innotuerunt. Si quid in eo deprehendimus, quod haud conſentaneum nobis eſſe videtur vel cum Auctoris vel cum Temporis ratione, ad dubitandum de eius genuina origine movemur. Sed quum, ut ſupra diximus, non cuivis datum ſit, Auctoris vitae et Aetatis rationes ſibi ipſi recte interpretari, in comparatione autem, ex debilitate mentis humanae, admodum varient judicum ſententiae neceſſe ſit, notitiae quoque, quae ad Auctorem eiusque aetatem penitius cognoscendam auxilio nobis eſſe debent, rariores ſint et ſaepius non

ſufficientes; facile intelligitur, non ſolum quamobrem quaeſtiones de librorum authentia tam frequentes ſint, ſed etiam, quid ſit cauſae, quare tam multas in controverſia relinquere neceſſe ſit *).

*) BERNHARDY l. c. §. 18. F. A. WOLF *Encyklopädie d. Philologie* — herausgeg. v. *S. M. Stockmann* p. 193 ſqq. „Man kann ein Buch nicht gut brauchen, wenn man ſeine Aechtheit nicht kennt." — „Es iſt nöthig, aus der Biographie des Autors ſoviel als möglich zu wiſſen." Caeterum conferatur de omnibus, quae hoc capite disputata ſunt, STPH. WIRST *Inſtitutt. patrolog.* §. 302 ſqq.

CAPUT III.

DE IPSA SCRIPTORUM PATRISTICORUM LECTIONE.

WALCH *l. c.* §. 153. 154.

§. 70.

Quae in ea conſideranda.

De ipſa ſcriptorum, quae Patres agnoſcunt auctores, lectione ſermonem facienti duo occurrunt conſideranda: lectionis finis, et legendi modus.

§. 71.

1) Lectionis finis.

Ultimus ſtudio Patrum praeſcriptus finis eſt, ut eorum ſcripta intelligamus. Niſi enim probe intellecta ſint, quae Patres literis mandarunt, nec de Patribus ipſis juſtam ſententiam ferre, nec ea, quae ex iis hauſimus, in uſum noſtrum recte et tuti ab errore *) convertere nobis licet. Praeprimis attendendum eſt ad cuiuscunque Patris ſingulares modos ac

formulas loquendi, ad phrases et terminos, qui ipsi aut aetati suae aut Ecclesiae suae sunt peculiares, et ad eius cogitandi, sentiendi, argumentandi rationem **).

---

*) Magnum numerum errorum, ex male intellectis Patrum locis in doctrinam ecclesiasticam receptorum, proposuit Jo. Dallaeus l. c.

**) Hermeneuticae patristicae specimen dedit Wiest l. c. §. 270 sqq.

§. 72.

2) Modus lectionis.

Qui, ut supra monuimus, bene praeparatus ad Patrum accedit, non solum in lingua originali, qua scripti sunt Patrum libri eos leget, et ordinem quemdam in eorum studio observabit; sed etiam in eo industriam ponet, ut quae notatu digna videantur, ipsi non ex memoria elabantur.

§. 73.

a) *In lingua originali legendi sunt PP. libri.*

Nemini datum est, de cuiusdam Patris in scribendo eruditione, in dicendo elegantia, in persuadendo arte, in refutando vi ac robore recte judicare, cui denegata est facultas, eius libros ea legere in lingua, qua ab origine scripti sunt. Versiones enim quandoque vel fraude, vel incuria, vel inscitia corruptae sunt, et si non errant, vim saltem et venustatem dictionis originalis non exprimunt, quum linguae unius idiotismos, nativos colores, veneres et emphases, pressius et adstrictius in alteram transferre linguam, res sit difficultatum plenissima *).

---

*) Wiest l. c. §. 267.

§. 74.

b) *Et in iis legendis ordo quidem obſervandus.*

Ordo in lectione Patrum ſervandus refertur ad conſilium, quo in legendo utamur: ex eo pendet non ſolum ordo inter Patres ipſos adhibendus, ſed etiam ille, qui ad ſingula Patrum ſcripta attinet. Inde vero eſt, ut non una omnium ſit ſententia, quo ordine Patrum ſcripta ſint evolvenda *). Ad res, quae ad hiſtoriam pertinent, ordo chronologicus unice tenendus eſt; in iis autem rebus, quae doctrinae vel theologiae chriſtianae ſunt, in ordinanda lectione ad argumentum librorum magis reſpiciendum eſt. Caeterum per ſe clarum, tirones et in Patrum lectione adhuc parum exercitati, in ſcriptis intellectu facilioribus tirocinium ponere debere.

*) BUDDEUS *Iſagoge* p. 538. WIEST l. c. §. 176 ſqq. WINTER l. c. §. 32.

§. 75.

c) *Et legentis memoriae ratio habenda.*

„Quisquis SS. Patrum evolvit Commentarios, minime praetermittet aſteriscis vel obelis inſignire, aut potius commendare memoriae, (ſi cui ea tanta eſt) vel quod multo eſt praeſtabilius, in librum locorum communium, quos ſibi ipſi congerit, transſcribere, quaecunque hinc inde occurrunt ad rectam inſtitutionem vitae propriae, ſeu ad docendum conſulendumque aliis utilia" *).

*) Ita ANDR. HYPERIUS *de Theologo* p. 740, et ap. WALCHIUM l. c. p. 800.

Supplementa
ad
Caput primum.

§. 1.

Pag. 4. lin. 26. post 1047. add. et in EIUSD. *Critici sacri Libb. IV.* p. 1—95.

— l. 27. post 78. add. J. H. HOTTINGER *Analecta hist. theol.* Tigur. 1652. 8. p. 316—21.

— l. 30. post *praeter* inserendum: J. GE. WALCHIUM *D. de Episcopo patre spirituali.* Jen. 1736. 4. J. BARTH. RIEDERER *D. de honorificentissima Doctorum publ., inprimis ecclesiasticorum, compellatione, qua Patres vocantur.* Altd. 1747. 4. et.

— l. 33. in fine add. De titulo *Sanctorum*, quo Patres honorantur, v. WIEST *Institutt. patrologicae* p. 468.

§. 2.

Pag. 9. post lin. 18. add. CHPH. CHRISTOPHORII SANDII *Tr. de veterib. Scriptorib. ecclesiast.* (usque ad Constantinum M.); ante EIUSD. *Nucleus historiae eccl.* Amst. 1676. 4. p. 1—49.

§. 3.

Pag. 16. lin. 20. lege: et studium posuerunt: Abbas TRICAUTIUS (PIERRE JOSEPH TRICALET) in *Bibliotheque portative des Pères de l'Eglise, qui renferme l'histoire abregée de leur vie, l'analyse de leurs principaux écrits etc. avec leurs belles sentences.* Par. 1758—61. IX. 8., cuius libri no-

vam, eamque auctiorem editionem curavit Laur. Etienne Rondet. Par. 1778—88. VIII. 8. Verſio latina huius libri prodiit Baſſani 1783. VI. 8.

Ibid. poſt lin. 28. A. B. Caillau, qui in *Introductione ad SS. Patrum lectionem.* Par. 1825. 8. Patrum eccleſiaſticorum tempora, vitam, opera operumque praecipuas editiones, et concionandi modum et praedicandi praecepta deſcripſit quidem, ſed non multum laudis ea ſibi deſcriptione paravit.

Pag. 17. l. 3. poſt *addita eſt*, add. Partis I. et II. editio tertia lucem adſpexit Viennae 1819. (2 Thlr. 5 gr.)

— l. 5. poſt (1 Thlr. 4 gr.) add. quarum P. I. biographiam et bibliographiam Scriptorum eccleſiaſticorum continet; P. II. autem de uſu et auctoritate eorum agit.

Ibid. pro Lud. leg. Leonhard.

— lin. 7. poſt (9 gr.) add. Franc. Wencesl. Goldwitzer *Patrologie verbunden mit Patriſtik, bearbeitet für Theologen.* Norimb. 1833 ſq. II. 8. (4 Thlr.). Auctor non ſolum eos Scriptores, qui ſex prioribus Seculis chriſtianis vixerunt, ad Patres eccleſiaſticos refert, ſed etiam iis locum inter ipſos adſignat, qui tribus ſubſequentibus Seculis Eccleſiae chriſtianae docendo et ſcribendo profuerunt. Apud unumquemque horum Patrum habemus vitae deſcriptionem, librorum enumerationem et doctrinae dogmaticae et moralis brevem enarrationem *). Eiusdem auctoris est: *Bibliographie d. Kirchenväter und Kirchenlehrer vom erſten bis dreizehnten Jahrh.* (usque ad Albertum M.) Landish. 1828. 8. (1 Thlr. 12 gr.)

J. Nepom. Locherer *Lehrbuch der Patrologie. Für akadem. Vorleſungen.* Mogunt. 1837. (20 gr.)

---

*) Rheinwald *Repertor. d. theol. Literat.* VIII, 34—37.

Etiam Jo. Bern. Jos. Busse *Grundriss der christl. Literatur, von ihrem Ursprunge an bis zur Erfindung und Ausbreitung der Buchdruckerei. Ein Handb. für angehende Theoll.* Monast. 1828 sq. II. 8. (2 Thlr. 8 gr.) quoad sex vel novem priora Secula huc referri debet *). Quod ad Protestantes attinet, dedit J. G. Veit Engelhardt *Literar. Leitfaden z. Vorless. üb. Patristik.* Erlang. 1823. 8. (14 gr.)

— lin. 24. pro *Heil.* leg. *Kritische.*

Pag. 18. in fine §. 3. add. His accessit nostris temporibus Jo. Christ. Felix Baehr, qui partim in libro: *Die christlichen Dichter und Geschichtschreiber Roms.* Carlsr. 1836. 8., partim in altero: *Die christlich-römische Theologie.* Ibid. 1837. 8. de iis disputavit, quae ad historiam PP. latinorum eorumque scripta pertinent.

§. 4.

Pag. 20. lin. 6. pro *Rondinini* leg. *Rondini.*

— post l. 26. add. Jo. Phil. Baraterius *de Clementis ab Apostolis ordinatione;* in Eiusd. *Disq. chronolog. de Successione antiquissimorum Episcoporum Roman.* Ultraj. 1740. 4. p. 32 sqq.

— l. 29. post 60. add. Nathan. Lardner *Glaubwürdigkeit der evangel. Geschichte* II, 1, 23—75.

Pag. 22. post lin. 14. add. v. *Götting. gelehrte Anzeigen* a. 1772. p. 473 sqq.

— post l. 23. add. J. Ph. Baraterius *de Ignatii martyrio;* l. c. p. 84 sqq., ubi contra Pearsonium demonstrat, Ignatium non circa a. 115. a Trajano condemnatum esse et passum, sed jam a. 107. labente.

*) *Theolog. Literaturblatt* a. 1829. N. 88. a. 1830. N. 89.

J. Chr. Wernsdorf *de Ignatio Θεοφόρῳ*; in Eiusd. *Memoria C. Timoth. Seidelii.* Helmst. 1758. 4.

— post lin. 27. add. Nath. Lardner *Glaubwürdigkeit d. evangel. Gesch.* II, 1, 103—143.

Pag. 24. post lin. 22. add. J. Ph. Baraterius *de tempore martyrii Polycarpi*; l. c. p. 164—183. et p. 194—203., ubi ab ipso hoc martyrium ad a. Chr. 161. refertur, quo ludi communis Asiae Smyrnae agebantur. Cf. Eiusdem Baraterii *Argumenta, quibus suppositum esse finem Epistolae Smyrnensium de Polycarpo probatur*; eod. libro laud. p. 184 sqq.

De Barnouini controversia cum Jo. Jortino circa veritatem narrationum de martyrio Polycarpi, ad Jortini *Remarks on ecclesiastical history* II, 101 sqq. 373 sqq. 416 sqq. pertinente, vid. *Götting. gelehrte Anzeigen* a. 1753. p. 632 sq.

Pag. 25. post lin. 24. add. E. Gfr. Brehme *Sched. histor. de Josepho Berseba s. Barnaba justo.* Leucop. 1735. 4.

C. Ullmann *Ueber die Identität des Barnabas und Barsabas in der Apostelgeschichte, über den angeblichen Brief d. Barnabas u. besonders üb. d. Abfassung d. Briefs an die Hebräer durch denselben*; in *Theolog. Studien u. Kritiken* I, 377 sqq.

Thom. Ittig *Utrum Barnabas ad Gnosticos respexerit*; in Eiusd. *de Haeresiarchis aevi apostolici* Sect. II. Cap. 9. §. 21.

— post l. 31. add. J. Jac. Zimmermann *Disquis. histor. et theol. de Visionibus, quae IV primis post excessum Christi et Apostolorum Seculis, Christianis quibusdam contigisse dicuntur* Part. I. Sect. V.; in Eiusd. *Opuscula theol., histor. et philosophici argumenti.* Tigur. 1751. 4. I, 1, 667 sqq. Rectissime ipsi omnium sentire videntur, qui Auctorem libelli fanaticum fuisse hominem existimant.

Aloys. Gratz *Disquisitt. in Pastorem Hermae* P. I. Bonnae 1820. 4.

K. R. Jachmann *Der Hirte des Hermas. Ein Beitrag zur Patristik.* Regiom. 1835. 8. (10 gr.), in quo libello nonnulla etiam de Hermae persona disputantur.

Pag. 26. post lin. 12. — Jo. Launoii *Vita S. Dionysii Areopagitae, primi Atheniensium Episc. et Martyris, ex optimae fidei Scriptoribus collecta* — Par. 1641. 8. et in Eiusd. *Opera omnia.* Colon. Allobr. 1731. V. fol. II, 1, 558 sqq.

J. Phil. Baraterius *D. de Dionysii Pseud-Areopagitae scriptis;* in Eiusd. *Disquis. chronol.* p. 285 sqq., qua demonstrare ausus est, ea esse Dionysio Alexandrino tribuenda.

§. 5.

Pag. 28. post lin. 29. — J. Ad. Goetz *Ueber d. Leben, die Schriften und Lehren Justins d. Märtyrers;* Append. ad Eiusd. edit. et versionem german. Apologiae Just. Mart. secundae.

J. Ph. Baraterius *de praecipuis Epochis vitae Justini Martyris, aliisque eum spectantibus;* in Eiusd. *Disquisitio chronol.* p. 95—110. Passus est ex Auctoris sententia Justinus a. Chr. 161. e Graecia redux, et brevi post Dialogum cum Tryphone editum.

Carl Semisch *Ueber das Todesjahr Justin's des Märtyrers. Ein kritischer Versuch;* in Ullmann al. *Theolog. Studien u. Kritiken* VIII, 907—952., qua in Dissertatione pro anno Justini M. emortuali a. 166. p. Chr. n. ponitur.

Chr. E. Herbig *Comment. crit. de scriptis, quae sub nomine Justini Philosophi et Martyris circumferuntur.* Vratisl. 1833. 8.

Pag. 29. lin. 3. post Wokenius add. (resp. J. Rehling).

Pag. 29. lin. 9. pro Graser leg. Aloys. Gratz.

— — — 12. — *de* leg. et.

— — — 14. leg. J. P. Mynster *Ueber den Gebrauch unserer Evangelien in den Schriften Justins d. Märtyrers.*

— — post l. 17. add. H. Ebhd. Go. Paulus *Ob das Evangelium Justins das Evangelium nach den Hebräern sey;* in Eiusd. *Exeget. krit. Abhandlungen.* Tüb. 784. 8. Cf. F. Andr. Stroth *Fragmm. d. Evang. nach d. Hebräern aus Justin d. Märt.;* in Eichhorn *Repertorium* I, 1 sqq.

Chr. F. Weber *Ueber d. Evangelium Justins d. Märtyrers;* in Eiusd. *Beiträgen zur Gesch. d. neutestamentl. Kanons.* Tübing. 1791. 8. p. 105 sqq.

Dan. F. Schütz *de Evangelio Justini M.;* in Eiusd. *Dissert. de Evangg., quae ante Evangg. canonica in usu Eccl. christ. fuisse dicuntur.* Regiom. 1812. 8. Part. II. p. 1 sqq.

Herm. Olshausen *Ueber Justins Ἀπομνημονεύματα τῶν Ἀποστόλων;* in Eiusd. *Die Echtheit der vier canonischen Evangg.* Regiom. 1823. 8. p. 289 sqq.

H. A. Schott *Isagoge hist. crit. in libros N. T. sacros.* Jen. 1830. p. 18 sqq.

— — l. 18. post 52. — Lardner *Glaubwürdigk.* II, 1, 199—228.

Pag. 30. lin. 10. post Dodwellus add. in *Dissertt. Cyprianicae* (Oxon. 1684. 8.) Diss. XI. §. 37 sq.

— — lin. 13. leg. pertinentib.

Pag. 32. post lin. 31. Adph. Stieren *de Irenaei adversus haereses Operis fontibus, indole, doctrina et dignitate, Commentat. hist. crit.* Götting. 1836. 4.

Pag. 33. post lin. 34. add. vid. Winer et Engelhardt *Kritisches Journal* VII, 364 sqq.

Pag. 34. poſt lin. 24. J. Ge. Arn. Oelrichs *De Theophilo eiusque ingenio;* in Eiusd. *Commentatione* p. 539. laudata p. 30 ſqq.

§. 6.

Pag. 37. poſt lin. 5. Fr. Münter *Primordia Eccleſiae africanae.* Hafn. 1829. 4. p. 128 ſqq. Baehr *D. chriſtl. röm. Theologie* p. 15—38.

Pag. 40. poſt lin. 13. Cf. Veit Engelhardt *Den Origenes Betreffendes;* in Ullmann al. *Theol. Studd. u. Kritiken* XI, 157 ſqq.

— — — — 22. Lardner *Glaubwürdigk.* II, 2, 161—387.

Pag. 41. poſt lin. 15. J. Jortin *The Character of Dionyſius of Alexandria;* in Eiusd. *Remarks of eccleſiaſtical hiſtory* (Lond. 1752. III. 8.) II, 292 ſqq.

Lardner *Glaubwürdigk. d. evang. Geſch.* II, 2, 520—684.

— — l. 19. leg. Ruinartus.

Pag. 43. poſt l. 2. add. et Jo. G. Lindneri.

— — — l. 30. Ed. de Muralto *Comment. de Minucii Felicis aetate;* ante Eiusd. *edit. Octavii M. Minucii Felicis.* Turic. 1836. 8., qua tamen non multum ab *Hovenii* ſententia diſcedit. Baehr l. c. p. 39—46.

Pag. 47. lin. 18. leg. omni.

§. 7.

Ibid. poſt l. 14. De Cypriano agunt etiam: Schroeckh *Kirchengeſch.* IV, 235—283. Tillemont IV, 45 ſqq. 601 ſqq. Lardner II, 685 ſqq. Schoenemann I, 77 ſqq. Baehr p. 50 ſqq.

— lin. 4. a fine del. *et Prudentius*, et l. 5. a fine Orosius; lin. 8. autem poſt *Lactantius* add. Arnobius.

Pag. 48. post lin. 1. Acacii, Eusebii discipuli et successoris in Episcopatu Caesareensi, *Historia Eusebii Pamphili*, de qua vid. Socrates *Hist. eccl.* II, 4. Hic est liber, qui in Decreto Gelasiano a. Chr. 494. e Concilio Roman. promulgato, sub titulo: *Historia Eusebii Pamphili*, ut apocryphus damnatus esse videtur.

Pag. 49. post lin. 3. De Eusebio Caesareensi agit etiam Lardner in *Glaubwürdigk. d. evang. Gesch.* II, 4, 2, 30—186. et Ang. Mai in Praefat. ad *Collectionem Scriptorum vett.* P. I. p. X sqq.

— — — lin. 24. Jam ante Reuterdahlium de fontibus, quibus Eusebius usus est in scribenda historia sacra singulari libello disputaverat E. A. Ph. Mahn. Rost. 1819. 4. post eum autem idem argumentum tractavit Rienstra *Disp. histor. theol. de fontibus, ex quibus historiae ecclesiast. opus hausit Eusebius Pamphili, et de ratione, qua iis usus est.* Ultraj. 1833. 8., de qua vid. *Götting. gelehrte Anzeigen* a. 1833. N. 176.

Comparationem Eusebii Caesar., historiae eccl. parentis, cum parente historiarum Herodoto Halicarn. instituit Ferd. Chr. Baur Programmate, quod Tubingae a. 1834. 4. editum est.

Pag. 52. post lin. 3. a fine J. Domin. Mansi *De Epochis Conciliorum Sardicensis et Sirmiensium, qua occasione rerum Athanasii chronologia restituitur.* Lucae 1746. 8.

Pag. 53. post l. 21. J. Chr. Ludwig *Studium pacis Athanasianum.* Vitemb. 723. 4.

Pag. 54. post lin. 3. add. Lardner l. l. II, 4, 2, 197—226.

Pag. 55. p. l. 25. Franc. Ant. Zaccaria *Diss. de rebus ad historiam et antiquitt. eccles. pertinentib.* (Fuligni 1781. II. 4.) I, 188 sqq.

Pag. 58. l. 12. lege: *zu e. pragmat. Biographie.*

Pag. 60. post l. 7. *The Clergies Honour: or the Lives of St. Basil the Great, Archbishop of*

Neo-Caesarea, and St. Chrysostom, Archbishop of Constantinople, drawn by way of Parallel. Lond. 1681. 8.

Giuseppe del Pozo *Dilucidazioni critico-istoriche della vita di Santo Basilio Magno.* Rom. 1746. 4.

Pag. 60. l. 19. post (14 gr.): Argumentum libri enarrat S. F. G. Hoffmann in *Lexico bibliographico* p. 453.

C. Rdph. W. Klose *Ein Beitrag zur Kirchengeschichte. Basilius der Grosse nach seinem Leben u. seiner Lehre.* Sund. 1835. 8. (1 Thlr. 4 gr.). Enarratio vitae incipit a pag. 103., et absolvitur tribus hisce Capitibus: 1) Vita Basilii inde a nativitate eius usque ad itinera ab a Chr. 331—359. 2) Basilius Monachus usque ad Episcopatum Caesar. ab a. Chr. 360—370. 3) Basilius Episcopus Caesar. usque ad a. 379.

— — in fine add. Jul. Rupp *Gregor's des Bischofs von Nyssa Leben u. Meinungen. Zusammengestellt und erläutert.* Lips. 1834. 8. (1 Thlr. 8 gr.); vid. *Jenaische Allgem. Literaturzeit.* a. 1834. N. 210.

Stph. Pet. Heyne *Disp. hist. theol. de Gregorio Nysseno.* Lugd. Bat. 1835. 4.

Pag. 64. lin. 12. post *edidit* add. et in Gallandii *Bibliotheca vett. Patrum* T. VIII.

— — l. 16. post X, 106. add. et J. Chph. Martini *de vita fatisque Palladii Helenopolitani, Origenismi et Pelagianismi injuste accusati.* Altd. 1754. 4.

Pag. 67. post l. 19. Eduard Gibbon *Character und Geschichte des heil. Johannes Chrysostomus;* in Eiusd. *Geschichte des Verfalls u. Untergangs des römischen Reichs* Cap. XXXII.

— — ante Lactantius adde:

Arnobius.

HIERONYMUS de Viris illustrib. Cap. 79. et in Chronico ad a. 20. Constantini. TILLEMONT IV, 573 sqq. SCHOENEMANN I, 147 sqq. LARDNER II, 4, 1—53. SCHROECKH IV, 443—65. BAEHR p. 65—71.

Pag. 68. post l. 27. add. *Histoire literaire de la France* I, 2, 65—92.

Pag. 70. post l. 17. add. BAEHR l. c. p. 113—127.

— — — MATERNUS add. J. M. DAN. HERTZ *de Julio Firmico Materno eiusque inprimis de errore profanarum religg. libro.* Hafn. 1817. 4. et quae praefatus est FR. MÜNTER editioni suae Materni. Havniae 1826. 8.

Pag. 72. post l. 19. add. *Histoire literaire de la France* I, 2, 325—412.

Pag. 75. post l. 11. add. CHPH. A. HEUMANNI *Progr. de Hieronymi Ecstasi anticiceroniana.* Götting. 1717. 4. et in EIUSD. *Sylloge Dissertatt.* I, 3, 655—670.

— — — 14. add. BAEHR l. c. p. 165—204.

— — lin. 29. add. Additamentum ad hanc Possidii vitam habet: *S. Aurelii Augustini* Operum Supplementum I. continens sermones ineditos, extractos ex Archivo Montis-Cassini et ex Bibliotheca Laurentiana-Medicea Florentiae. Cura et studio D. A. B. CAILLAU et D. B. SAINT-YVES. Paris 1836. fol.

Pag. 76. post l. 31. add. *Storia della vita, virtu, morte e miracoli di S. Agostino, Vescovo e Dottore di S. Chiesa.* Venet. 1747. 4. cuius auctor JOS. RENATUS, in eo praesertim operam suam collocavit, ut ostenderet, quae Augustini, inter Manichaeos versantis, fuerint partes.

LAUR. BERTI *De rebus gestis S. Augustini librisque ab eodem conscriptis Commentarius; acc. de eiusdem parente Monica* etc. histor. Lucubratio. Venet. 1746. 4.

Pag. 77. post l. 24. add. *Acta Sanctorum m. Maii I*, 473 sqq.

— — ad not. *) Epitomen huius operis dedit Tricautius in *Biblioth. manuali PP.* Tom. V.

Pag. 79. lin. 9. add. Baehr l. c. p. 222—307.

§. 8.

Pag. 82. fin. 1. post Cassianus insere: Vincentius Lirinensis.

Pag. 84. lin. 10. add. Otto Fridolin Fritzsche *De Theodori Mopsvesteni vita et scriptis Commentarius hist. theol.* Hal. 1837. 8. (18 gr.)

Rdph. E. Klener *Symbolae literariae ad Theodorum Antiochenum, Mopsvestiae Episc., pertinentes.* Gött. 1836. 8. (8 gr.)

Pag. 85. lin. 3. a fine add. Baehr *Die christl. Dichter* p. 41—49.

Pag. 87. lin. 11. add. Cf. Jo. Geffken *Historia Semipelagianismi antiquissima.* Götting. 1826. 4. (12 gr.) Cap. 1. 2.

— — post lin. 14. inseratur:

Vincentius Lirinensis.

Engelb. Klüpfel *Prolegomena ad edit. Vincentii Lirin.* Vienn. 1809. 8.

A. F. Silfverberg *Historia Monasterii Lerinensis usque ad annum 731. enarrata.* Hafn. 1834. 4.

Tillemont XV, 143. Schroeckh XVIII, 21. *Hist. liter. de la France* II, 305—315. Schoenemann II, 795—811. Geffken l. c. Cap. 6. Baehr p. 343—46.

Pag. 88. lin. 2. add. Wilh. Amadeus Arendt *Leo der Grosse und seine Zeit.* Mogunt. 1835. 8. (1 Thlr. 20 gr.)

— — lin. 5. add. Baehr p. 354—66.

— — lin. 14. — Chr. G. Heyne *Censura ingenii et doctrinae Salviani Massiliensis librique*

de gubernatione Dei —; in Eiusd. *Opuscc. academ.* VI. n. 7.

Pag. 88. lin. 17. add. *Hist. liter. de la France* II, 517—535.

§. 9.

Pag. 91. lin. 12. add. Jo. Thd. Benj. Helfrecht *Vita Boëthii;* ante Eius edit. *Lib. Boëthian. de consolatione philosophiae.* Curiae 1797. 8.

Pag. 92. lin. penult. add. Etiam Mich. Angel. Luchi hanc Fortunati vitae descriptionem suae editioni Operum Fortunati praemisit.

Pag. 96. lin. 12. add. Baehr *Die christl. röm. Theologie* p. 434—52.

Ad
Caput secundum.

§. 15.

Pag. 121. not. ***) leg. Quae de editione — legimus in *Histoire de l'Edition des Ouvrages de S. Augustin, donnée par les Pères Benedictins de S. Maur;* in *Biblioth.* etc.

Pag. 122. lin. 6. add. Nostris temporibus Augustini Opera, ex edit. Monachorum Ord. S. Bened. e Congregat. S. Mauri denuo prodierunt Paris. 1835 sqq. 8.

Pag. 124. lin. 23. lege ita: et Venet. 1734 sq. XIII. fol., nec non 1780. XIV. 4., et Paris. ap. Gaume fratres et Lipsiae ap. Leop. Vossium 1835 sqq. 8 maj.

§. 16.

Pag. 138. lin. 29. lege: 1664 et 1675.

— — l. 31. add. nota: Aliter de Prioriana editione Tertulliani judicat *Siegeb. Havercamp* in

Praefat. ad Tertulliani Apologeticum a se editum p. III., et notis textui subjectis passim.

§. 17.

Pag. 149. post lin. 3. add. Agit autem Dodwellus Dissertatione 1) de voce Cleri sacri ordinis propria; 2) de Literarum ecclesiasticarum characteribus; 3) de flagitio mulierum cum Clericis concumbentium, eaque occasione de συνεισάκτοις; 4) de Visionibus, utque Visionum suarum fidem comprobaverint Veteres etc.; 5) de nominum e Diptychis Eccl. recitatione in Eucharistia; 6) de Presbyteris doctoribus, doctore Audientium et Legationibus ecclesiasticis; 7) de Episcopo unitatis exemplari etc.; 8) de praerogativa, indulgentiae privilegio et privilegio Societatis, ex sententia Legum Romanarum; 9) de potestate Presbyterii, sede episcopali vacante, 10) de ordine Episcoporum Presbyterorumque, e Cypriani Veterumque sententia, ad invicem distinguendo; 11) de Martyrum paucitate in primaevis Christianorum persecutionibus etc.; 12) de primorum Martyrum insigni fortitudine eiusque causis; 13) de secundo Martyrii Baptismo.

§. 18.

Pag. 161. lin. 20. adj. nec non Didymi Alexandrini *de Trinitate Libb. III.*, quos primus ex Passionei Codice graece luci publicae exposuit, latine convertit et notis illustravit, Bononiae 1769. fol., et *Sermonem de Vita S. Deiparae* (auctore Epiphanio, Monach. et Presbyt.) e Codice Naniano, graece c. versione lat. et scholiis, ibid. 1781. 8.

Pag. 162. lin. antepenult. add. nota: Döderlein *Theolog. Bibliothek* I, 599.

§. 20.

Pag. 179. post lin. 10. a fine add. Christian. Frid. Matthaei, qui Joannis Xiphilini et Basilii Magni *aliquot Orationes* ex variis Codd. mspt. edidit, adjectis animadverss. Mosquae 1775. 4., et Joannis Chrysostomi *Homilias quatuor selectas*, gr. et lat. c. animadverss. Misniae 1792. II. 8., nec non ex eodem Joanne Chrysostomo *Eclogas LII.* graece, c. Commentario et indice vocabulorum, Lipsiae 1808. 8. studiosae inprimis juventuti exhibuit.

Reinh. Klotz, qui recognita editione *Operum omnium* Clementis Alexandrini, Lipsiae inde ab a. 1831., et Car. Henr. Ed. Lommatzsch, qui nova recensione *Operum omnium* Origenis Berolini inde ab eodem anno, de studio Patrum graecorum promereri studuerunt. Praeter novam textus recensionem promisit Lammatzschius etiam Prolegomena, Animadversiones, Excursus, Indices et Glossarium.

Ern. Rudolph Redepenning, qui separatam editionem librorum Origenis *de Principiis* debemus, quam annotatione in usum academicum instructam Lipsiae 1836. 8. in publicum exire jussit.

§. 21.

Pag. 183. lin. 22. add. Novissime ad edit. Benedictinorum cum praefatione *Aug. Neandri.* Berol. 1823. 8. (1 Thlr.)

Pag. 184. lin. 9. — Editionem stereotypam curavit *Carol. Christoph. Traugott Tauchnitz*, Lipsiae 1825. 8. (1 Thlr. 16 gr.)

— — — 13. — Cum praefatione *Herman. Olshausenii* typis expressus prodiit liber Regiomonti 1826. 8. (9 gr.)

Pag. 186. poſt lin. 2. — *Sermones ineditos* edidit et illuſtravit Mich. Denis. Viennae 1792. fol. (16 gr.)

Pag. 190. poſt lin. 32. — S. Gregorii Nysseni *Oratio catechetica* gr. et lat. Ad Codd. Monacenſ. fidem recenſuit et c. Fronton. Ducaei ſuisque annotationib. edidit J. Ge. Krabinger. Acc. ejusdem Gregorii *Oratio funebris in Miletium, Episc. Antiochenum.* Monach. 1835. 8. (1 Thlr. 12 gr.)

Pag. 191. lin. 6. add. — ad Codd. mſptor. fidem recenſ. et illuſtr. Jo. Georg. Krabingerus. Lipſ. 1837. 8.

Pag. 193. lin. 29. poſt Stuttg. 1725. 8. ***) add. Textum ex recenſione *Bengelii* habemus editione ſtereotypa, quae prodiit Lipſiae 1825. 8. et cum eiusdem *Bengelii* prolegomenis, animadverſionibus integris et indicibus, curante Aenotheo Eduardo Leone, qui et ſuas notas adjecit, Lipſiae 1834. 8. (1 Thlr.)

Ad
Caput tertium.

§. 30.

Pag. 209. lin. 13. pro *duo* lege *tria.*

— — — 17. poſt ſignum **) add., quae Epitome ſententias et locos communes de Patribus collectos continet.

Ibid. eod. del. *autem.*

Pag. 210. poſt lin. 3. add. Tertium autem eſt Simonis a S. Cruce Index Bibliothecae max. vett. PP. Graecae 1707. fol.

Pag. 212. l. 25. add. Omnia iterata ſunt Neap. 1776. V. 4.

Pag. 229. lin. 6. add. vid. Doederlein *Theol. Biblioth.* II, 418 ſqq.

Pag. 229. lin. 16. add. Continentur hac collectione:

Vol. I. 1) *Papias* p. 3—38. 2) Plurium *Anonymorum*, e quibus nonnulli Apoſtolos audierant, Reliquiae a S. Irenaeo ſervatae p. 41—65. 3) *Quadratus* et *Ariſtides* p. 69—78. 4) *Agrippa Caſtor* p. 81—86. 5) *Ariſto Pellaeus* p. 89—103. 6) *Melito* p. 107—143. 7) *Cl. Apollinaris* Hieropolitanus p. 147—161. 8) *Dionyſius* Corinthius et *Pinytus* Cnoſſi Episc. p. 165—186. 9) *Hegeſippus* p. 189—255. 10) *Martyrum Lugdunenſium Epiſtola* p. 259—333. 11) *Pantaenus* p. 337—343. 12) *Rhodon*, Tatiani discipulus p. 347—356. 13) *Acta Concilii Caeſarienſis* a. 196. p. 359—363. 14) *Polycrates* Epheſius p. 367—387. 15) *Concilium Lugdunenſe* a. 196. p. 391—419. 16) *Maximus* Hieroſolymitanus p. 423—463. 17) *S. Serapio* Antiochenus p. 467—479.

Vol. II. 1) *Cajus* Presbyter p. 3—32. 2) *Alexander* Hieroſolymitanus p. 35—50. 3) *Apollonius*, Epheſiorum Episc. p. 53—70. 4) *Auctor adv. Cataphrygas* p. 73—103. 5) *Julius Africanus*, Chronologus p. 107—362. 6) *Ambroſius* Alexandrinus p. 365—370. 7) *Concilium contra Noëtum*, Epheſi circa a. 245. celebr. p. 373—380. 8) *S. Dionyſii*, Episc. Alexandr., Epiſtola canonica ad Baſilidem etc. p. 383—432. 9) *S. Gregorii*, Neocaeſar. Episc., Epiſtola canonica p. 435—460. 10) *Concilium Antiochenum* adv. Paulum Samoſatenum a. 265. p. 463—525.

Vol. III. 1) *S. Cornelius*, Episc. Rom., p. 3—65. 2) *Concilia Carthaginenſia* Sec. III. p. 69—174. 3) *Dionyſius* Romanus p. 177—203. 4) *Pierius* Alexandrinus p. 207—215. 5) *Theognoſtus*, Alexandr. p. 219—230. 6) *S. Victorinus*, Petabionenſis p. 233—256. 7) *S. Pamphilus*, Martyr p. 259—279. 8) *S. Lucianus*, Martyr p. 283—296. 9) *Hymnus vespertinus* p. 299—304. 10)

quorumdam autem tanta eſt penuria, ut vix unus vel alter eorum Codex manuſcriptus inveſtigari potuerit **). Operum Graecorum Patrum manuſcriptorum non ea eſt abundantia, quae Latinorum. Dolendum autem, Patrum Editores non omnes Codicum, qui ab ipſis excuſſi ſunt, exactum indicem feciſſe, ex quo accuratius cognosci poſſet, quam ingens eorum multitudo, quae, quoniam abdita latet in ſcriniis et cancellis circumſepta, fugere propemodum ſolet Bibliographorum imperium ***).

---

*) Longe pluribus exemplaribus manuſcriptis conservata ſunt Opera Patrum eccleſiaſticorum, quam profanorum Auctorum. Non exiguus quidem numerus eſt Codicum manuſcriptorum, qui de Ciceronis *Rhetoricis*, Virgilio, Suetonio, Quinctiliano et paucis aliis ſuperſtites ſunt, ſed longe ſuperatur a numero Apographorum quorumdam Patrum librorum e. g. Lactantii, Ambrosii, Augustini, Dionysii Areopagitae, Chrysostomi al. Qui plura de Codicibus Patrum manuſcriptis addiscere cupit, adeat Petrum Lambecium, qui in *Commentariis de Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi* multa ad hanc rem cognitu utiliſſima profert.

**) Sulpicii Severi *Hiſtoria ſacra* in unico extat exemplari Herdeſiano. Etiam Philastrii *Liber de Haereſibus* ex unico tantum Codice Corbeienſi edi potuit.

***) Exemplo ſuo, quae hac in re boni editoris ſint partes, praeivit Bruno Bruni in *editione Operum Maximi Taurinenſis*, quae Romae a. 1784 fol. max. in lucem emiſſa eſt. Recenſionem Bibliothecarum, in quibus manuſcripti Codices aſſervantur, dedit Bernard. de Montfaucon in *Palaeographia graeca*. Par. 708. fol. Praefat. p. XV—XXIX. et in *Bibliotheca Bibliothecarum Manuſcriptorum*. Par. 789. fol. Harlesius etiam et Schoenemannus in *Bibliothecis* ſuis, graecis et latinis, rationem librorum manuſcriptorum habuerunt.

§. 22.

Triplex Codicum manuſcriptorum dos.

Dos omnis Codicum manuſcriptorum in antiquitate eſt, in integritate et in accurata ſcriptura. Ad haec tria iis pretium, majus vel minus, conſtituitur.

§. 23.

1) Codicum aetas.

Nullus libri patriſtici manuſcriptus Codex ad tempora Auctoris pertinet et vetuſtiſſimi Codices aetate ſua finibus duodecim ſeculorum non excedunt *). Accurata aetatis ſcientia, quae autem non de omnibus aeque tuto nobis parari poteſt **), ad hiſtoriam textus conſtruendam plurimum valet. Codices recentioris aetatis, per ſe quidem non tanti aeſtimantur, quanti vetuſtiores; ſi tamen arcte ſe applicant antiquiori Codici et textum bonae notae repraeſentant, eodem honore eos habendos eſſe et pretio, quo ipſi antiquiores, nemo eſt, qui dubitet. Valet enim exceptis paucis Canon, quo antiquior Codex i. e. quo Auctoris ipſius manui et ſcripturae vicinior, eo certius credendum eſt, eum textus originalis integritatem ſervaſſe ***).

*) Vetuſtiſſimis Codicibus Patrum latinorum adnumerantur Codex *Operum* Cypriani in Bibliotheca Veronenſi adſervatus, et Lactantii Codices duo, unus Bononienſis, alter Taurinenſis, qui mille et quod excurrit annorum eſſe dicuntur. Omnes autem Codices, quotquot ad hunc usque diem ad notitiam noſtram venerunt, vetuſtate antecedit Codex *Vitarum Pauli, Hilarionis et Malchi* ab Hieronymo exhibitarum, qui a. Chr. 517. ab *Urſicino*, Eccleſiae Veronenſis Lectore, ſcriptus eſt, et quem nunc Capitulum Veronenſe poſſidet. — Graecus Codex mſpt. *Homiliarum* Chrysostomi *in Pſalmos* Sec. IX. exaratus eſt et in Bibliotheca Reg. Pariſienſi ſub nomine Codicis Rhemenſis cuſtoditur. Anno Chr. 914. ſcriptus eſt Codex, itidem Pariſiis in Bibliotheca regia conditus, qui Clementis Alexandrini, Justini Martyris et aliorum quorumdam Opera continet.

**) In Codicum manuſcriptorum aetate definienda multum laborarunt Bern. de Montfaucon et Jo. Mabillon cum Sociis in libris ſuis *palaeographicis* et *diplomaticis*. Quam parum probabilis autem eorum argumentandi ratio pluribus in locis ſit, et quam ſaepe a re ipſa et a veritate diſtet, demonſtravit A. F. Pfeiffer in libro, cui titulus: *Ueber Bücherhandſchriften überhaupt*. Erlang. 810. 8. p. 213 ſqq.

***) Quorumdam Auctorum Eccleſiae claſſicorum libri, jam in antiquiſſimis, qui ad nos pervenerunt, Codicibus, manu Scribarum, Correctorum infelix munus ſibi arrogantium, depra-

vati et mendis inquinati inveniuntur. NIC. RIGALTIUS in *Praefatione ad Tertulliani Opera*, Lutetiae Parif. 1634. fol. in lucem edita, haec hac de re monet: „Tertulliani, inquit, fcripta legentibus, haud etiam mediocriter literatis, occurrunt difficilia non pauca Sermonis et Scripturae. Nam Sermonis quidem Africani fuperbia doctrinarum fere omnium dote praeftans, lectores fibi poscebat ad nutum attentiffime fagaces. Pofteaquam vero in longe alios incidit, mutari cepit a quibus non potuit capi, et fpurias dictiones pro legitimis adulterae manus inverecundia fparfit. Scripturae autem nativae ruina, Auctoris verbis femel interceptis, ut obtrito corpore, fenfum una quafi ipfum et mentem profligavit. Sic peffimi Correctores emendatiffima perdidere. — Dira eorum natio tam foede Septimii noftri libros adeo quoque jam pridem vexavit, ut jam Falfi vetuftas longi temporis praefcriptionem obftruat veritati. Quod fi veterum librorum appelles fidem, etiam veterum librorum fide falfiffimae lectiones adferuntur. Nam *funt et libri veteres depravatiffime correcti*; neque ulla fpes reducendae unquam veritatis, nifi tam veteres nanoiscantur, ut fint omni Correctorum antiquitate vetuftiores.

§. 24.

2) — Integritas, quae duplex.

Codicis manufcripti Integritas ad duas partes refertur, ad libri fasciculum et ad textus habitum. Si chartarum folia non imminuta funt et ulla libri particula non defideratur, Codex externam fervat Integritatem; fi vero fcripti textum praebet, qui intactus a conatibus nefariis illum depravandi vel corrumpendi, autopraphum, quoad eius fieri potuit, diligenti cura exhibet, Integritatis internae laudem prae fe fert. Externa Codicis conditio facile lectores in errorem de libri ambitu inducere poteft *).

*) ARNOBII *adverfus Nationes Libris feptem* olim MINUCII FELICIS *Octavius*, tamquam octavus, perperam adhaefit.

§. 25.

3) — Scripturae varia indoles.

Magna Scripturae varietas in Codicibus manufcriptis tam graecis, quam latinis deprehendi-

tur. In aliquibus enim literarum forma elegantior eſt et luculentior, in aliquibus e contrario negligentior et hebetior; in nonnullis accuratiſſima diligentia literarum, usque ad ipſos archetypi errores repetendos extenſa, apparet, nonnulli vero de fide archetypis praeſtanda longe incurioſius, Scribarum levitate vel ignorantia, arrogantia etiam et inſolentia, exarati ſunt. Varietas in pingendis literis ab aetate et patria *) Codicum, nec non Scribarum conſuetudine derivanda eſt. Codices, qui in memorabilioribus Lectionibus conſentiunt, Codicum familiam conſtituere dicuntur **).

---

*) Patria, quam latini Codices ad unum omnes agnoscunt, ſita eſt in provinciis Europae occidentalis, inprimis in Italia, Gallia, Germania ſuperiori et Helvetiae partibus Galliam et Germaniam proxime adjacentibus, quibus in terris quam plurimi ex manibus Eccleſiae Lectorum aliorumque Clericorum, et Monachorum Benedictinorum prodierunt. Codices graeci vero, ſi aliquot eximere velis, ad occidentales Bibliothecas adportati, maximam partem e Bibliothecis imperatoriis Conſtantinopolitanis Romam advecti ſunt; ne unus quidem ex monte Atho, pauci, ſed praecipui, ex Aegypto, Palaeſtina, Syria ad nos venerunt. Graeci Codices, qui in Occidente Scribarum induſtria exarati ſunt, utpote a peregrinae linguae hominibus, tantum non omnes mendoſius ſcripti ſunt.

**) Cf. J. JAC. GRIESBACH *Meletemata de vetuſtis textus N. T. recenſionibus;* in EIUSD. *Commentar. crit. in textum graec. N. T.* Part. II.

2) Per Editiones arte typographorum fabrefactas.

WALCH *Bibl. patriſt.* §. 11—21.

§. 26.

Editiones, Codices typis exſcripti. Earum continentia varia.

Editores Operum patriſticorum, ut omnium veterum librorum, Scribarum vicem explent. Editiones enim pro Codicibus, non calamo exſcri-

ptis, ſed typis expreſſis et uno eodemque modo multiplicatis, habendae ſunt. Si ad ea reſpicimus, quae typorum ope multiplicata ad poſteros propagata ſunt, varia Editionum eſt continentia. Continent enim vel ſingulos ſingulorum Patrum libros, vel ſingulorum Patrum Opera varia*) vel etiam omnia; ſub nomine autem *Bibliothecarum* variorum Patrum varia Opera**), et deperditorum Operum partes reſiduas***); in *Catenis* †) denique et *Chreſtomathiis* ††) ex deperditis aut ſuperſtitibus PP. Operibus locos ſelectos.

---

*) WALCH l. c. §. 21. In his eminent: JUSTINI D. MÄRTYRERS *Zweite Apologie* u. Beweis der Alleinherrſch. Gottes, griech. u. deutſch m. erklär. Anmerkk. — f. junge Freunde d. Theol. v. *J. Ad. Goetz.* Nürnb. 796. 8. CLEMENTIS ALEX. *Lib. Quis dives ſalutem conſequi poſſit*, perpetuo commentario illuſtr. a *C. Segaar.* Gr. et lat. Ultraj. ad Rhen. 816. 8. ORIGENIS *de Oratione Lib.* — edit. *Guil. Reading.* Lond. 728. 4. JOANNIS CHRYSOSTOMI *de Sacerdotio Libb. VI.* Ex recenſ. *Bengelii* (Stuttg. 725.) c. Eiusd. Prolegg., Animadverſſ. integris et indicibus, edid. ſuasque notas adj. *Aenoth. Eduard. Leo.* Lipſ. 834. 8. Eiusdem Jo. CHRYSOSTOMI Selecta. Gr. et lat. c. annott. *Jo. van Voorſt.* Lugd. B. 827. 30. II. 8. BASILII MAGNI *ad adolescentes Orat. de modo e litteris graecis utilitatem percipiendi* — nott. et indice *F. W. Sturz.* Gerae 791. 8. TERTULLIANI *Apologeticus* — c. Commentar. perpetuo *Sigeb. Havercampi.* Lugd. B. 718. 8. LACTANTII *Epitome divinarum inſtitutionum ad Pentadium fratrem* — c. animadverſſ. *Jo. Daviſii.* Cantabrig. 718. 8. AMBROSII *de Officiis Libb. III.* c. Commentar. — *Mich. Foertſchii.* Stuttgard. 698. 8. HIERONYMI *Epiſtola ad Nepotianum de vita Clericorum* — c. nott. et animadverſſ. *Erdm. Rdph. Fiſcheri.* Coburg. 758. 8. S. AURELII AUGUSTINI *de Civitate Dei Libb. XXII.* — c. Commentt. novis et perpetuis *Leonardi Coquaei.* Pariſ. 636. fol. Eiusd. AUGUSTINI *Confeſſionum Libb. XIII.* Par. 776. 12. Editio nitidiſſima, accuratiſſima atque emendatiſſima, in qua nihil omiſſum, quod ad partes typographicas et emendationem attinet It. *De doctrina chriſtiana Libb. IV.* et *de Spiritu et litera Lib.* c. animadvv. *J. Chr. Benj. Teeg.* Lipſ. 769. et 770. 8.

**) WALCH *l. c.* §. 23—37. Harum Bibliothecarum notatu digniſſimae: *Bibliotheca magna vett. Patrum et antiquor. Scriptor. eccleſiaſt.* — Par. (575.) 654. XVII. fol., cui vero adjungenda: FRONT. DUCAEI *Auctarium.* Par. 624. II. fol., FRANC. COMBEFISII *Auctarium novum.* ibid. 648. II. fol. et EIUSD. *Auctarium noviſſ.* ibid. 672. fol. — *Maxima*

Bibliotheca vett. Patrum — (cur. *Phil. Despont*) Lugd. 677. XXVII. fol. ad quam pertinent: Nic. le Nourry *Adparatus ad Bibl. max. PP.* Par. 703—15. II. fol. et Sim. a S. Cruce *Index Bibliothecae max. vett. PP.* Genuae 707. fol. — *Bibliotheca gr. lat. vett. PP. aliorumque Scriptor. eccl.* cur. et ftud. Andr. Gallandii. Ven. 765—788. XIV. fol., cujus Supplementum: *Veterum PP., ecclefiafticorumque Scriptorum Analecta nova* — ibid. 781. fol.

***) *Fragmenta PP. graecor.* ed. et illuftr. F. Münter. Fasc. I. Hafn. 788. 8. — *Reliquiae facrae* — ed. Matth. Jos. Routh. Oxon. 814—18. IV. 8.

†) Walch *l. c.* §. 38.

††) Walch *l. c.* §. 39.

§. 27.

Editionum commendatio.

Praecipua Editionum dos, qua fe lectoribus quam maxime commendet, in eo conftat, ut fint corporis habitudine elegantes, textus conditione praeftantes, acquifitu autem faciles.

§. 28.

a) Editiones ornatu typographico eximiae.

Typorum luculenta grataque forma, chartae nitore ac foliditate, omninoque eleganti veftitu, caeteris excellunt plurimae Editiones, quae Romae, Venetiis, Veronae, Parmae, quae Bafileae ex officina Frobeniana, Lutetiae Parifiorum ex typographia regia et impenfis Societatis typographicae Librorum Officii ecclefiaftici, Amftelodami, Antverpiae et Lugduni Batavorum, curantibus Jo. Mairio, Elzeviris et non paucis aliis, prodierunt; porro omnes, quae Oxonii in theatro Sheldoniano, Londini et Cantabrigiae typis evulgatae funt, ut nihil dicam de iis, quae Lugduni, Bruxellis etc. in publicum exierunt *).

*) Magiftri officinarum typographicarum, qui Secc. XVI et XVII. in Germaniae urbibus Auguftis Vindelicorum, Van-

gionum et Nemetum, Coloniae Agrippinae Ubiorum, in urbe Moguntina, Ingolstadii, Norimbergae, Francofurti ad Moenum, Hamburgi, Lipsiae etiam, artem suam exercuerunt, ad unum fere omnes de externo cultu librorum ab ipsis emissorum negligentiores, quam par erat, fuerunt.

§. 29.

b) Editiones ratione textus eximiae.

Ratione textus prae caeteris pretium imponitur 1) Editionibus sic dictis principibus, quae cum textu suo proxime ad Codicis manuscripti lectionem accedentes, et ipsae Codicum manuscriptorum instar habentur *); 2) Editionibus, quae elenchum variantium lectionum, cum cura et diligentia ex libris manuscriptis, Versionibus antiquis, Scholiis etc. collectum, ad textus emendationem adjuvandam exhibent; et 3) Editionibus, quarum Auctores in emendando et restituendo textu Criticam sobriam **) et felicem adhibuerunt ***).

*) Non omnes Editiones principes eiusdem sunt conditionis et praestantiae: non enim in omnibus patefacti sunt fontes, ex quibus textus materia manavit; non omnes fideliter referunt, quae a fontibus ipsis delata sunt et non omnes denique indicant, quid textus, quem exhibent, Codicibus manuscriptis quidve Editoris ingenio debet.

**) Id est eam, quae ratione habita praeceptorum Grammatices et Logices, innisa historicae veritati et accommodata ad Auctoris animi indolem scribendique modum, in libri textu restituendo laboravit. Criticorum sagacissimi, accuratissimi, felicissimi: Beatus Rhenanus, Nicolaus Rigaltius, Thomas Canterus, Henricus Stephanus, Desiderius Heraldus, Joannes Clericus, Julianus Garnerius, Bernardus de Montfaucon, Jo. Ludolfus Bünemannus al. Desiderii Erasmi studia critica diversissima experta sunt judicia.

***) Patrum Ecclesiae auctoritate praevalentium Editiones praestantissimae hae sunt:

Patrum apostolicorum edit. *Jo. Bapt. Cotelerii* ex recognitione *Jo. Clerici.* Amstel. (698.) 724. II. fol.

S. Dionysii Areopagitae *Operum omnium* edit. *Ge. Constantini.* Venet. 755 sq. II. fol.

Justini Martyris *Operum omnium*, nec non Tatiani *adv. Graecos Orat.*, Athenagorae *Legat. pro Christia-*

nis, S. THEOPHILI Antioch. *Libb. III. ad Autolycum*, HERMIAE Philos. *Irrisionis Gentilium Philosophorum* — cura et stud. unius ex Monachis Congregationis S. Mauri (*Prudentii Marani*. Par. 742. fol. et Hag. Com. 747. fol.

S. IRENAEI *contra Haereses Libb. V.* — stud. et lab. *Renati Massueti*. Par. 710. fol. Venet. 734. fol.

CLEMENTIS ALEXANDR. *Operum* per *Jo. Potterum*. Oxon. 715. fol. Venet. 757. fol.

Q. SEPTIM. FLOR. TERTULLIANI *Operum* — diligentia *Nic. Rigaltii*. Lutet. Paris. (664.) 675. 695. fol.

ORIGENIS *Operum omnium* — op. et stud. *C.* (et *C. Vincent.*) *Delarue*. Par. 733 – 59. IV. fol.

S. HIPPOLYTI *Operum* — curante *J. Alb. Fabricio*. Hamb. 718. fol.

DIONYSII ALEXANDR. — cur. *Simonis Dom. de Magistris*. Rom. 796. fol.

S. MACARII Aegypt. — ex recens. *J. G. Pritii*. Lips. 714. 8.

MINUCII FELICIS *Octavii* — ex rec. *Jo. Davisii*. Cantabr. (707.) 712. 8. et c. nott. *J. G. Lindneri*. Longosalissae (760.) 773. 8.

THASC CAECIL. CYPRIANI *Operum* — stud. et lab. *Steph. Baluzii* (et *Prudent. Marani*). Par. 726. fol.

EUSEBII PAMPHILI, SOCRATIS SCHOLAST., HERMIAE SOZOMENI, THEODORETI et EVAGRII, it. PHILOSTORGII et THEODORI LECTORIS quae extant *Historiar. ecclesiasticarum* — cur. *Guil. Reading*. Cantabr. 720. III. fol. Augustae Taurin. 748. III. fol.

ATHANASII ALEXANDR. *Opp. omnium* — op. et stud. Monachor. Ord. Bened. (*Bern. de Montfaucon*). Par. 698. III. fol. et quarto Vol. aucta p. *N. Ant. Justinianum*. Patav. 777. IV. fol.

CYRILLI HIEROSOL. *Operum* — cur. et stud. *Ant. Augstn. Touttee* (et *Prudentii Marani*). Par. 720. fol. Venet. 763. fol.

Epiphanii Constantiensis Operum omnium — lat. vert. et animadverss. illustr. *Dionys. Petavio*. Par. 622. II. fol.

EPHRAEMI SYRI *Operum omnium*, quae extant graece, syriace, latine — curantib. *Jos. Sim. Assemani*, *Petro Benedetti* et *Stephano Evod. Assemani*. T. I — III. gr. et lat. Rom. 732 — 46. T. I — III. syr. et lat. ibid. 737 — 43. VI. fol.

BASILII MAGNI *Opp.* — op. et stud. *Juliani Garnier*. Par 721 — 30. III. fol.

GREGORII NYSSENI *Opp. omn.* — stud. *Fronton. Ducaei*. Par. 615. II. fol. quacum copulanda Appendix ad Gregorii Opp. ex edit. *Jac. Gretseri*. ibid. 618. fol.

GREGORII NAZIANZ. *Opp. omnium* — cura et stud. *Fed. Morelli*. Lutet. Paris. 609 – 11. II. fol. Ven. 783. II. fol. op. et stud. Monachor. S. Bened. e Congregat. S. Mauri (*C. Clemenceti*) T. I. Par. 788. fol.

Joannis Chrysostomi *Operum omnium* — op. et ftud. *Bern. de Montfaucon.* Par. 718—38. XIII. fol.

Luc. Coel. Lactantii Firmiani *Opp. omnium* — ex recenf. et c. nott. et indice latinit. *J. Ludolfi Bünemanni.* Lipf. 739. 8. et cur. *Jo. Bapt. le Brun* et *Nic. Lenglet du Fresnoy.* Par. 748. II. 4.

Optati Milevitani *Libb. VII. de Schismate Donatiftarum* — op. et ftud. *L. Ellies du Pin.* Lutet. Parif. 700. fol.

Hilarii Pictav. *Operum* — op. et labor. Monach. Ord. Bened. (*Pet. Couftant*). Par. 693. fol. cur. *Scip. Maffei.* Veron. 730. II. fol.

Luciferi Calaritani *Operum omn.*, quae extant curantib. *J. Domin.* et *Jac. Coletis.* Venet. 778. fol.

S. Ambrosii *Operum* — ftud. et lab. Monach. Ord. S. Bened. (*Jac. du Friche* et *Nic. le Nourry*). Par. 686. 90. II. fol.

Eusebii Hieronymi Stridon. *Operum* — ft. et lab. Monach. O. S. Bened. (*Ant. Pouget* et *J. Martianay*). Par. 693—706. V. fol. ftud. et lab. *Domin. Vallarfii.* Veron. 734—42. XI. fol.

Aurel. Augustini *Operum* — op. et ftud. Monach. O. Bened. Par. 670—700. XI. fol. edit. nov. (cur. *J. le Clerc*). Antverp. 700—2. XII. fol.

Rufini Aquilej. *Opp. quae fuperfunt* — emend. *Domin. Vallarfio.* T. I. Veron. 745. fol.

Paulini Nolani *Opp.* — cur. *Jo. Bapt. le Brun.* Par. 685. II. 4. fecundis curis recogn. a *L. Ant. Muratorio.* Von. 736. fol.

Synesii Cyren. *Opp. quae extant omnium* — interpr. *Dionyf. Petavio* et c. ejusd. nott. Ed. 2. Lut. Par. 633. fol. ibid. 640. fol.

Cyrilli Alexandr. *Opp. omn.* — cura et ftud. *Jo. Auberti.* Lutet. 638. VII. fol.

Theodoreti *Opp. omnium* — cur. et ftud. *Jac. Sirmondi.* Lut. Par. 642. IV. fol. verf. lat. recogn. et varr. lectt. adj. *J. L. Schulze.* Hal. 768—74. X. 8.

Isidori Pelusiotae *de interpretatione divin. Scripturae Epiftolar. Libb. V.* — Par. 638. fol. Ven. 745. fol. cum *Epiftolar., quae in Billii et Rittershufii edit. defiderantur Vol. reliquo* ed. *Andr. Schotto.* Frcf. 629. fol.

Sulpicii Severi *quae extant Operum omn.* — ex rec. et c. nott. *Jo. Clerici* (cur. *Chr. Schöttgen*). Lipf. 709. 8. ftud. et lab. *Hieron. de Prato.* Veron. 741. 54. II. 4.

Aurel Clem. Prudentii *Carmina* — illuftr. a *Fauftino Aurevalo.* Rom. 788. II. 4.

Pauli Orosii *adv. Paganos hiftoriar. Libb. VII.* — ex recenf. *Sigeb. Havercampi.* Lugd. B. 738. 4.

Marii Mercatoris *Opp.* — emend. et illuftr. *Steph. Baluzio.* Par. 684. fol.

ad interpretandum librorum textum, vel ad eum restituendum. Sed dolendum, quod jam (§. 18.) innuimus, plures veterum interpretum non ea fide in transferendis libris versatos esse, quae ipsis par erat. Versionum recentiorum, inprimis latinarum, quae textui graecorum Patrum adponi solent, consideratio a librorum patristicorum studiosis haud negligenda est, siquidem in iis Editores saepenumero emendationum et lectionum in textum receptarum rationes indicare voluerunt. Versiones in linguas Europaeas recentiores iis, qui adhuc in tirociniis studii Ecclesiae Patrum haerent, usui quodammodo esse possunt; qui longius autem eruditione patristica progressi sunt, earum auxilio facile carebunt*).

*) Non indignum notatu, Gallos et Germanos in vertendis Patrum Scriptis in linguam vernaculum prae caeteris diligentes fuisse. Antiquissima omnium, quae ad nostram memoriam venerunt Patrum Versionum est gallica Augustini *Librorum de Civitate Dei*, cuius Auctor, *Raoul de Preulles*, qui Sec. XIV. vixit, et singulari Caroli V., Franciae Regis, mandato stipendioque ad conficiendam Augustini Operis versionem adactus est. Prodiit Abbatisvillae a. 1486. II. fol. Vid. Schoenemannus l. c. II, 281 sqq. Inter germanicas aetate omnes praecedit *Casp. Hedionis* Versio plurium Augustini Opusculorum, quae Argentorati a. 1532 sq. duobus Voluminibus typis expressa est. Descriptionem eius dedit idem Schoenemannus II, 190 sq.

§. 34.

2) Alia interpretationis PP. adminicula.

Walch *Biblioth. patrist.* §. 57—63.

Adminicula interpretationis praebent Lectori quae ipsi ad probe intelligendos PP. Ecclesiae libros praesto esse debent. Iis continentur et adnumerantur, quae vel ex linguae originalis et sermonis consuetudinis accuratiore cognitione, vel ea rerum, quae ad argumentum libri

pertinent et ad hoc referuntur, pleniori notitia, vel denique ex confilii operis et auctoris ingenii penitiori intelligentia, nominibus Scholiorum, Gloffarum, Annotationum et aliis afferuntur *). Comitatu Commentariorum, perpetuorum pauci adhuc Ecclefiae Patres incedunt, de quo autem non eft, quod multa queramur, cum hic interpretationis modus apud Viros rei hermeneuticae peritiores tam male audiat **).

*) Dividi poffunt haec adminicula in fpecialiora et generaliora: fpecialiora, quae ad unum tantum Patrem, eiusque fcripta fpectant; generaliora autem, quae omnibus Patrum fcriptis, vel certe omnibus cuiusdam eorum generis interpretandis infervire queant. Praeter Lexica f. Gloffaria, quorum Walchius §. 59. mentionem fecit, ad generaliora adminicula referenda funt etiam illa Opera, quibus Vitae Patrum copiofius paulo enarrantur, et de confilio, quo in elaborandis fingulis ipforum libris verfati fint, agitur.

**) Dum hodie Viri doctiffimi tantum loca quaedam corrupta in Auctoribus tractant, obfcura autem et difficilia quaevis, etiam quae ex recondita antiquitate aut hiftoria illuftrari debuerant, plane praetermittant, ita evenit vulgo, ut indoctiffimi quique in ufum publicum, praefertim juventutis, emittant illos cum perpetuis fuis expofitionibus, eaeque quamvis infulfae ferme fint et infcitae, prorfus, plures tamen plerumque reperiant emptores, et pluris vulgo aeftimentur ac magis legantur, quam eruditiffimorum hominum notae, quia hae tantum funt criticae. Ita Perizonius *Praefat. in Aelian.* p. 50. Cf. Ruhnkenius in *Elog. Tiber. Hemfterhufii* p. 30 fq.

Sectio secunda.

DE ECCLESIAE PATRUM SCRIPTIS IN SPECIE.

Caput I.

DE ECCLESIAE PATRUM SCRIPTIS QUOAD MATERIAM.

§. 35.

Scripta Patrum Ecclesiae dissimilis sunt argumenti.

Status et fortuna, in quam respublica christiana Seculis primo et secundo a. Chr. n. devenerat, in causa fuit, quamobrem Doctores christiani ad scribendos libros apologeticos et exhortatorios animum maxime applicarent. Mox autem, cum doctrina christiana latius et laetius propagaretur et Ecclesiae catholicae fundamenta jacta essent, Patres ad debellandos et supprimendos Haereticos et Schismaticos calamum sumsere, et libros polemicos et dogmaticos exaravere. Cuius negotii feliciter gerendi gratia, ut ad fontes doctrinae christianae, libros Christianorum sacros, recurrant, ipsis necesse fuit, quod studio exegetico et libris Patrum exegeticis originem dedit. Scripta, quae in enarrandis rei et Ecclesiae christianae fortunis versantur, serius erudito Christianorum orbi oblata sunt.

§. 36.

1) Scripta apologetica.

Walch *l. c.* §. 97—105.

Scripta apologetica, quorum olim non exiguus fuit numerus, originem ſuam Ethnicorum et Judaeorum hominum erga Chriſtianos eorumque religionem et rempublicam inimicitiis debent. Diverſa horum Scriptorum indoles, pro temporum et Adverſariorum diſſimili ratione. Quibusdam cum ſingulis chriſtianae doctrinae obtrectatoribus res eſt *), quaedam autem in refutandis vulgaribus opinionibus et calumniis de Chriſto et Chriſtianis **), in irridenda Philoſophorum ſapientiae arrogantia ***) et hominum gentilium ſtulta religionis profeſſione †) maxime occupata ſunt. Nonnulla Magiſtratuum inique ſeveram erga Chriſtianos agendi rationem reſpiciunt et contra objectiones dimicant, Chriſtianorum rempublicam multorum malorum cauſam eſſe imperio Romanorum, et rempublicam eorum in praeceps dare ††); alia denique ad profligandas Judaeorum petitiones †††), et ad doctrinae chriſtianae veritatem et vitae chriſtianae integritatem defendendam et commendandam compoſita ſunt.

---

*) Origenes in *Libb. contra Celſum;* Eusebius *contra Hieroclem;* Gregorius Nazianz.; Theodoretus; Cyrillus Alexandr. et Joannes Chrysostomus *contra Julianum* etc.

**) Justinus Martyr in *Apologia longiori;* Tertullianus in *Apologetico;* Minucius Felix in *Octavio;* vid. Walch p. 579 ſq. etc.

***) Hermias in *Διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων;* Gregorius Nyssen. in libro περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου etc.

†) Theophilus in *Libb. ad Autolycum;* Joannes Chrysostomus in *Homiliis III.* πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι δαίμονες τὰ ἀνθρώπινα διοικοῖδοι.

††) TERTULLIANUS in *Apologetico*; CYPRIANUS *Lib. ad Demetrianum*; ARNOBIUS in *Libb. adv. gentes*; AUGUSTINUS in *Libb. de Civitate Dei.*

†††) HIPPOLYTUS in *Brevi demonstratione adv. Judaeos*; CYPRIANUS in *Libb. Testimonior. adv. Judaeos* al. Alius generis sunt Apologiae, quae inter Opera Rufini locum habent.

§. 37.

De modo Patrum adversus nominis christiani hostes procedendi.

Valde erraremus, si Patrum scripta apologetica cum iis, quae recentiori aetate et nostris temporibus a Viris eruditis et christianis elaborata sunt, componere vellemus. Pro temporum statu et hostium diversa conditione, diversa etiam ratio de rebus christianis disputandi *) et veritatem religionis christianae demonstrandi, esse debebat. In genere tamen tenendum, Patres primitivae Ecclesiae feliciori successu in profligandis Gentilium superstitionibus, quam in confirmanda doctrinae christianae veritate et praestantia **) versatos fuisse.

*) Vid. C. A. BEYER *D. de difficultate judicii super Disputatione vett. Ecclesiae Doctorum κατ' οἰκονομίαν.* Lips. 766. 4.

**) Quomodo adversus christianae religionis hostes, Gentiles et Judaeos, veritatem religionis christianae Patres Sec. II. demonstraverint, ostendit NIC. LE NOURRY in *Dissert. de omnibus generatim secundi Ecclesiae seculi Scriptoribus* Cap. I. §. 3.

§. 38.

2) Scripta Patrum paraenetica s. exhortatoria et ascetica.

Scriptis apologeticis affines, imo genere proximi sunt libri Patrum paraenetici s. exhortatorii. Duo eorum sunt genera: unum, quod Ethnicis vel Judaeis

Eusebii Pamphili *Historiae eccl.* Libb. X. bene de emendando et illustrando textu huius Scriptoris meruit.

Pag 351. post lin. 7. a fine: Guil. Morelli, Chalcographi et Philologi Parisiensis, Notulae in Ignatii *Epistolas*, editionibus harum Epistolarum. Par. 1558 et 1562 ab ipso procuratis, additae, quibus rationem reddit de iis, quae ipsi mutanda visa sunt.

Pag. 354. post lin. 20. Richardi Ruseli Notae ad *Patrum apostolicorum Opera* genuina, explicationes rerum verborumque haud inutiles continentes.

§. 61.

Pag. 363. post lin. 16. *Eusebii Pamphili historiae ecclesiasticae* Libb. X., quos *F. Adph. Heinichen* c. integro *H. Valesii* Commentario, selectis *Readingi*, *Strothii* aliorumque Virorum doctiss. Observationibus, Lipsiae 1827. IV. 8. edidit.

§. 62.

Pag. 367. lin. 4. L. J. Palmgren *Obss. in Patres apostolicos Spicilegium.* Upsala 1803. 4.

— — ante Ignatium: Schuschke *Obss. de corrupto aliquo Clementis Rom. loco in melius restituendo;* in W. E. Bartholomaei *Sammlung nützl. Anmerkungen*, Vol. II.

Pag. 369. Scriptis et Tractatibus, qui in illustrandis *Ignatii* locis versantur, adhuc adjungi possunt:

Magnus Crusius *Pr. de Mysterio Silentii et Clamoris ad locum Ignatii Antiocheni in Epist. ad Ephesios cum oraculis apostol. Rom. XVI, 25. Col. I, 25. — collatum.* Gött. 1738. 4.

J. CONR. SCHWARZ *Obs. de θεοδρόμοις Ignatii;* in *Miscell. Lips. nov.* I, 223 sqq.

JOACH. EHRENFR. PFEIFFER *Pr. de S. Ignatio, Communioni privatae adverso, ex Epist. ad Philadelphenos.* Erlang. 1764. 4.

J. ADPH. KIESLING *Pr. de fide resurrectionis Jesu Christi testimonio sensuum non amplius confirmanda, ad loc. S. Ignatii, Antioch. Epist. et Mart.* Erlang. 1766. 4.

J. ANDR. BOSII *Exercit. ad locum Ignatii in Ep. ad Magnesios, quo Viri docti quidam putarunt, Episcopi unius supra Presbyteros eminentiam vocari νεωτερικὴν τάξιν s. novellum Ordinem;* in EIUSD. *Opuscc. histor.* p. 477 sqq.

J. SCHULTHESS *Ignatius, nicht Zeuge für eine Sammlung der Evangelien u. der apostol. Briefe zu Anfang d. zweiten Jahrh.; aber Zeuge von der Fruchtlosigkeit u. Entbehrlichkeit der Beweisführung aus den alttestamentl. Schrr. für die Wahrheit und Göttlichkeit des Evangeliums;* in EIUSD. *Neueste theol. Nachrichten* v. J. 1829. p. 1—18.

Pag. 370. lin. 2. del. 22.

— — post lin. 26. J. CHPH. DOMMERICH *Pr. de λόγῳ Patrum* (praecipue Justini Mart. et Clementis Alexandr.) Helmst. 1760. 4.

(JAC. BRYANT) *Observations on a controverted passage in Justin Martyr,* and upon the Worship of Angels. Lond. 1793. 4. vid. *Götting. gelehrte Anz.* a. 1794. I, 376 sq.

G. HICKES *A passage in Justin Martyr's first* (commonly called his second) *Apology, vindicated against the misrepresentations of Mr. Whiston;* ante J. E. GRABII *Some Instances of the Defects and Omissions in Mr. Whiston's Col-*

lection of Testimonies from the Scriptures and the Fathers. Lond. 1712. 8. p. XXXIV—LI.

T. Row in *Gentlemans Magazine* a. 1783. p. 551 sq. 750 sqq. 831 sqq. 904 sq. et a. 1786. p. 570 sqq. de Justino Mart. disputavit et loca quaedam illustravit.

Ueber Justins Apologie I, 6.; in Achterfeld al. *Zeitschr. für Philosophie und kathol. Theologie.* Hft. 5. Sunt annotatt. grammat. criticae ad *Moehleri* Disputationem.

Pag. 371. lin. ult. pro 1742. leg. 1747.

Pag. 372. lin. 11. Go. Chr. Storr *Ueber eine Stelle des Irenaeus* B. III. Kap. 11.; in Eichhorn *Repertorium* XIV. F. G. Süsskind *Beitrag z. Beantwortung der Frage: Aus welchen Gründen nahm Iren eus die Aechtheit unserer 4 Evangg. an? in Beziehung auf Eckermanns theol. Beiträge* V, 2.; in Flatt *Magazin* VI, 95 sqq.

Pag. 373. post lin. 2. Fr. Sevin *Restitution d'un passage de Clement, d'Alexand., au sujet d'Augé mère de Telephe;* in *Mémoires de l' Acad. des Inscript.* T. III. Hist. p. 133 sqq. et in Gottschedii vers. german. II, 163 sqq.

Anonymi, qui sub litera K. latere voluit, *Obss. s. Conject[illegible]ea quaedam in Clementis Alexandr. Stromatum Lib. I.;* in *Miscell. Obss.* IV, 1, 103—110.

J. A. W. Neander *D. de Fidei Gnoseosque ideae, qua ad se invicem atque ad philosophiam referatur, ratione; secundum mentem Clementis Alex.* Heidelb. 1811. 4.

Pag. 375. post lin. 15. Pet. Lambecius *de duobus locis Eusebii* Hist. eccl. I, 2. et Demon-

strat. evangel. p. 124 sq.; in Eiusd. *Commentar. de Biblioth. Caesarea Vindobon.* VIII, 12 sqq.

Eiusd. *Illustr. locor. de Pilato et Caesaris imaginibus, et de Maria* in Chronico extantium; *ibid.* p. 37 sqq.

Fr. Sevin *Correction d'un endroit d'Eusebe* (Praeparat. evangel. Lib. II.) *ou un passage d'Euhemere est mal cité;* in *Mém. de l'Acad. des Inscript.* III. Hist. p. 133 sq.

— — in fine: W. L. Nitzsch *de Christo φιλαρέτῳ καὶ χορηγῷ ἀρετῆς, ad loc. Athanasii Orat. II. in Arinninum.* Servestae 1745. 4.

Pag. 378. post lin. 13. J. Mart. Chladen *Pr. super voto Epiphanii: Domine, praesta Joanni, ut recte credat.* Coburg. 1746. 4. et in Eiusd. Opuscc. II, 122—137..

— — post lin. 20. (J. W. Feuerlin) Progr. pasch. *Vindiciae Observationis Chrysostomi ad Rom. I, 4. de Christo resurrectionis suae auctore.* Goetting. 1765. 4.

J. E. Vollbeding *Obss. ad Joannis Chrysostomi Homilias in Joannis Evang. Capp. I—IV.;* in Seebode *Krit. Biblioth.* I, 204 sqq.

Pag. 381. lin. ult. add. Laur. Brorson *de Infantariis ap. Tertullian. ad Nationes Lib. I. Cap.* 2. Hafn. 1714. 4.

J. Mart. Chladen *de Stationibus vett. Christianorum. Commentarius ad illustr. maxime Tertullianum comparatus.* Lips. 1744. 4.

J. Chr. Wernsdorf *Progr. de Ecclesia, Columbae domo simplici, ad loc. Tertulliani adv. Valentinum Cap.* 3. Helmst. 1770. 4.

H. A. Zeibich *Pr. de Tertulliani sententia de Columba in Christum devolante.* Gerae 1772. 4.

C. F. W. Hasselbach *Or. de multimoda idololatria*, cuius Tertullianus Ludimagistros et ceteros Professores literarum arguit. Sedini 1829. 4. (8 gr.)

Pag. 382. post lin. 19. Chr. Gfr. Müller *Progr. Observatt. in quinque loca Cypriani.* Gerae 1771. 4.

Pag. 387. lin. ult. J. Mart. Chladen *Progr. Sententia divi Augustini de stilo S. S., praesertim in historia creationis*, Confess. XII, 26. Coburg. 1744. 4. et in Eiusd. *Opuscc.* II, 3—33.

Ad
Caput septimum.

§. 69.

Pag. 407. lin. 4. a fine et sqq. locis suis pro notis addatur:

E. L. Dan. Huch Pr. *de Basilio M. Oratore sacro.* Servestae 1771. fol.

Hänsel *Ueber Gregor's rednerische Eigenthümlichkeit;* in Tzschirner *Memorabilien* VI, 2, 118. Cf. Gfr. Less *Opuscc.* I, 185 sqq.

Des Amorie van der Hoeven *Joannes Chrysostomus, voornamelyk beschouwd als een Voorbeeld van ware Kansel - Welsprekendheid.* Delft 1825. 8. vid. Schwarz *Jahrbücher der Theologie* a. 1827. p. 702 sqq.

Pag. 408. lin. 1. post Maximus inferatur: Valerianus, addita nota: Nic. Schak *de Valeriano Sec. V. Homileta christiano;* in Jens Möller *Theologisk Biblioth.* VI, 1 sqq.

Pag. 411. lin. 11. Amad. Wiessner *Geschichte der christlich - kirchlichen Beredtsamkeit*

durch biographische Nachrichten von den berühmtesten Kirchenlehrern u. durch Beispiele aus ihren homiletischen Schriften erläutert. Vol. I. Lipf. 1829. 8. (18 gr.)

§. 70.

Pag. 415. lin. 3. post 1722. 8. add. Cf. Irenaei Bibliophili *Observatio, qua praefationem, quam V. Cl. Christ. Aug. Heumannus Symposio Lactantii a se edito praemisit, in nonnullis locis illustrat, in admodum paucis emendat;* in *Amoenitatt. literar.* Frcf. et Lipf. 1725. 8. II, 469 — 496.

§. 71.

Pag. 421. in fine notae *) add. Jo. Schulthess *Hegesippus, princeps auctor rerum christianarum Sec. I. et II., nunc primum seorsim, quantum ex reliquiis fieri potuit, penitus recognitus et secundum Criticen histor. exploratus.* Turici 1833. 8.

Pag. 422. lin. 19. pro Pnilostorgius leg. Philostorgius.

Pag. 423. lin. 9. a fine, post *interpolaret:* Vid. E. Jul. Kimmel *De Rufino, Eusebii interprete, Libb. II.* Gerae 1838. 8.

§. 73.

Pag. 437. post finem pone: De Philosophia Patrum Ecclesiae in universum, nec non de Philosophia, quam vocant christianam, disputarunt: Chr. F. Rösler *Ueber die Philosophie der ersten christlichen Kirche;* in Eiusd. *Bibliothek der Kirchenväter* Vol. VI. Peter Hjort *Johann Scotus Erigena, oder von dem Ursprunge einer*

christlichen Philosophie und ihrem heiligen Berufe. Hafn. 1823. 8. (16 gr.) J. Ge. Mussmann *Grundriss der allgem. Geschichte der christlichen Philosophie, mit besonderer Rücksicht auf die christliche Theologie.* Halae 1830. 8. (1 Thlr.)

Pag. 442. in fine notae *): J. H. Fichte *de Philosophiae recent. Platonicae origine.* Berol. 1818. 8. — Ge. Nic. Wiener Progr. *de Syncretismo, a Philosophis eclecticis Alexandrinis, maxime Sec. III. post Chr. n., duce Ammonio Sacca in philosophiam et religionem invecto.* Wormat. 1773. 4. Cf. Chr. F. Rösler D. *de commentitiis philosophiae Ammonianae fraudibus et noxis.* Tubing. 1786. 4.

Ad
Caput octavum.

De methodo Patrum ecclesiasticorum Biblia sacra interpretandi vid. *Briefe einiger holländ. Gottesgelehrten üb. Simons krit. Gesch. des A. T.* II, 90 sqq.

§. 78.

Pag. 465. not. *) lin. 12. add. J. Jac. Bochinger *de Origenis allegorica S. S. interpretatione* P. I—III. Argent. 1829. sq. 8.

Pag. 466. lin. 7. Vid. Winer und Engelhardt *Neues krit. Journal* IX, 171 sqq.

Pag. 469. lin. 12. post *N. T. libros* add. Nota: Vid. Otto Fridolin Fritzsche *De Theodori Mopsvest. Commentariis in Psalmos et in libros N. T. Commentat. hist. theol.* Hal. 1836. 8. et F. L. Sieffert *Theodorus Mops-*

vest. Veteris Testamenti sobrie interpretandi vindex. Regiom. 1827. 8.

§. 79.

Pag. 475. not. *) pro J. A. Weichert leg. Jonath. A. Weichert, et pro 8vo leg. 4to.

§. 80.

Pag. 478. post lin. 17. add. in parenthesi: Cf. B. G. Niebuhr *Historischer Gewinn aus d. armenischen Uebersetzung der Chronik d. Eusebius;* in *Abhandll. d. histor. philol. Classe der königl. Acad. d. Wissensch. in Berlin* a. 1822. p. 37—114. et in Eiusd. *Kleine histor. u. philolog. Schriften.* Bonnae 1828. 8. p. 179 sqq.

§. 82.

Pag. 485. lin. 11. Andr. F. Zastrau *D. de Justini Mart. studiis biblicis.* Vratisl. 1832. 8.

Ad

Caput nonum.

§. 85.

Pag. 494. lin. 20. C. F. Schnitzer *Origenes über die Grundlehren der Glaubenswissenschaft. Wiederherstellungsversuch.* Stuttg. 1835. 8.

§. 87.

Pag, 518. lin. 9. Sam. Bochart et Pierre Dan. Huet *Lettres sur le sentiment d'Origene, sur l'invocation des Anges et sur l'Eucharistie;*

in *Diſſertatt. ſur diverſes matières recueillies p. Tilladet.* Hagae Com. 1714. 8. p. 1—194.

§. 92.

Pag. 536. lin. 5. (Chr. F. Rösler) *Lehrbegriff der chriſtlichen Kirche in den drei erſten Jahrhunderten — aus den ſicherſten Reſten des chriſtlichen Alterthums in ſeinem Zuſammenhange vorgetragen.* Frcf. 1773. 8. (16 gr.) curis edita C. F. Bahrdtii. Referri huc quodammodo etiam poſſunt (J. F. Gaab) *Abhandlungen zur Dogmengeſchichte der älteſten griech. Kirche bis auf die Zeiten Clemens v. Alexandrien.* Jenae 1790. 8.

§. 93.

Pag. 538. lin. 18. poſt ſcriptum: cum caeteris emendatius editis.

— — lin. 26. Tob. Gfr. Hegelmaier D. *An et quo ſenſu PP. Antenicaeni Chriſtum dixerint Creatorem?* Tubing. 1781. 4. vid. Seiler *Theolog. krit. Betrachtt.* III, 481 ſqq.

Pag. 539. lin. 1. J. Sal. Semler *Hiſtor. und kritiſche Sammlungen über die ſogenannten Beweisſtellen in der Dogmatik.* Hal. 1764. 68. II. 8. (1 Thlr. 4 gr.)

— — lin. 19. C. A. Thph. Keil *Ob die älteſten chriſtlichen Lehrer einen Unterſchied zwiſchen dem Sohne und heil. Geiſte gekannt, und welche Vorſtellung ſie ſich davon gemacht haben?* Eine patriſtiſche Unterſuchung; in J. F. Flatt *Magazin für chriſtl. Dogmatik und Moral* IV, 34—76.

Pag. 541. lin. 2. lege: auctior in *Eius Primitiis* Goetting. etc.

— — lin. 21. sub titulo: SCIP. MAFFEI *Hist. theologica dogmatum et opinionum de divina Gratia, libero Arbitrio et Praedestinatione, quae viguerunt Eccl. primis quinque Seculis — lat. reddidit* FRID. REIFFENBERGIUS. Huic versioni accedunt Interpretis Dissert. de divina gratia, Auctoris autem Opuscula omnia apologetica contra Historiae ipsius oppugnatores.

Pag. 542. lin. 2. Conferri etiam potest C. A. THPH. KEIL in *Dissert. de Doctoribus vet. Ecclesiae* etc. §. III. Cap. 2. J. GE. WALCH D. *Vindiciae Origenis in doctrina de divinitate Christi.* Jenae 1727. 4.

— — lin. 10. a fine: C. BÄHR *Die Lehre der Kirche vom Tode Jesu in den ersten drei Jahrhunderten, vollständig und mit besonderer Berücksichtigung der Lehre von der stellvertretenden Genugthuung dargestellt.* Solisb. 1832. 8. (16 gr.)

Pag. 543. lin. 9. C. L. MÜLLER *De Resurrectione Christi vita eum excipiente et Ascensu in caelum sententiae, quae in Eccl. christ. ad finem usque Sec. VI. viguerunt.* Hafn. 1836. 8. *)

Pag. 544. lin. 12. F. NIELSEN *de vi et effectibus Baptismo ab Eccl. Patrib. tributis. P. I. Sententias PP. ante a. 258. viventium continens.* Hafn. 1836. 8.

Pag. 546. in fine: Quibus libris addi possunt: JAC. BOILEAU, sub nomine CLAUDII FONTEJI, *de adoratione Eucharistiae contra Dallaeum et Claudium.* Lutet. Paris. 1685. 8. PET.

---

*) *Ergänzungsbll. z. Jen. Allgem. Literaturzeit.* 1838. N. 18.

ZORN *Hist. Eucharistiae infantum.* Berol. 1836. 8. J. GFR. HERMANN *Historia concertationum de Pane azymo et fermentato in Coena Domini.* Lipſ. 1737. 8. et L. TIMOTH. SPITTLER *Geschichte des Kelchs im Abendmahl.* Lemgov. 1780. 8. (8 gr.)

Pag. 547. lin. 21. GUALT. ROB. VAN HOEVELL D. *hist. theol., qua Irenaei dogma de Eccl. unitate exponitur et comparatur cum ideis et rationibus paulo post ipsum et ante ipsum obviis.* Gronig. 1837. 4.

(FEL. ANT. BLAU) *Kritische Gesch. der kirchl. Unfehlbarkeit, zur Beförderung einer freieren Prüfung des Katholicismus.* Frcf. 1790. 8.

Pag. 548. lin. 16. CONR. ZEHRT *Ueber die Auferstehung der Todten. Eine histor. dogmat. Abhandlung.* Gött. 1835. 8. (12 gr.)

Ibid. ad finem §. 93.

XIII. de *regno millenario:* (H. CORODI) *Kritische Gesch. des Chiliasmus.* Ed. 2. Turic. (1781. 83. III.) c. vita Auctoris aucta 1794. IV. 8. (4 Thlr.)

XIV. de *Angelis:* J. F. COTTA *Differt. I. II. succinctam doctrinae de Angelis historiam exhibentes.* Tubing. 1765. 4. J. BENED. CARPZOV *de Varia historia Angelicorum ex Epiphanio et alior. vett. monumentis eruta.* Helmſt. 1773. 4. KEIL *de Doctorib. vet. Ecclesiae culpa corruptae per Platonicos theologiae liberandis* §. III. Cap. 3. G. F. A. MEERHEIM *Hist. Angelorum Spec. I—IX.* Viteb. 1794. 4.

§. 94.

Pag. 549. lin. 16. pro et mancam leg. at mancam.

Pag. 549. lin. 3. a fine pro Jac. W. Feuerlin leg. Andr. G. Kessler (praef. Jac. W. Feuerlin).

Pag. 551. lin. 15. *A lettre of Refolution concerning Origen and the chief of his Opinions, by* C. L. Esq. Lond. 1661. 8.

Gfr. Thomasius *Origenes. Ein Beitrag zur Dogmengefch. des dritten Jahrh.* Norimb. 1837. 8. (1 Thlr. 12 gr.)

— — lin. 3. a fine: F. G. Süsskind *Beytr. zur Beantwortung der Frage: Aus welchen Gründen nahm Irenaeus die Aechtheit unferer Evangelien an? in Beziehung auf Eckermanns Theolog. Beyträge* V, 2.; in J. F. Flatt *Magazin für chriftl. Moral* VI, 4.

Pag. 553. lin. 18. F. Jac. Reuchlin *Differtt. III. de doctrina Cypriani.* Argent. 1751—54. 4.

— — lin. 26. pro Weiller leg. Weicker.

Pag. 554. lin. 8. poft 1820. 8. add. Cf. Bertholdt *Krit. Journal* XIII, 99—108.

— — poft lin. 17.

de Basilio Magno: C. Adf. W. Klose *Bafilius der Gr. nach feinem Leben und feiner Lehre dargeftellt.* Stralf. 1835. 8. (1 Thlr. 4 gr.)

— — lin. 29. add. Conf. etiam Chr. Alb. Doederleinii *Specimina III. Theologiae patrifticae*, quae Buzoviae 1765 fq. 4. prodierunt, et in quibus Commentatio continetur de notione et via gratia fecundum Cyrillum Hierofolymitanum.

Pag. 558. poſt lin. 11.

de Turanio Rufino *Aquilejenſi*: Jos. Honor. Marzuttini *de Turranii Rufini, Presb. Aquilej., fide et religione*. Patav. 1835. 8.

Pag. 559. lin. 2. Placita ejus anthropologica expoſuit Gust. F. Wiggers *Comment. de Gregorio Magno eiusque placitis anthropologicis*. Roſt. 1838. 4.

Ad
Caput decimum.

§. 97.

Pag. 565. lin. 2. cf. Pet. Tamburini *Analiſi delle Apologie di S. Giuſtino Mart. con alcune rifleſſioni*. Pavia 1792. 8.

— — lin. 5. cf. F. J. J. A. Junius *de Juſtino Martyre, Apologeta adv. Ethnicos*. Lugd. Bat. 1836. 8. (1 Thlr. 12 gr.)

Pag. 566. lin. 17. De libris apologeticis omnium usque huc nominatorum Apologetarum agere quidem videtur F. Wurm *Die Apologieen des Chriſtenthums von Juſtin, Tatian, Athenagoras, Theophilus und Hermias;* in Chph. Benj. Klaiber *Studien der evangel. Geiſtlichkeit Wirtembergs* I, 2, 1—34., ſed re vera tantum de Juſtini Mart. doctrina apologetica disputationem inſtituit, allatis caeterorum Apologetarum ad rem facientibus locis.

— — in fine: De argumentis, quibus ad deſtruendam rem Chriſtianorum uſus eſt Celſus, vid. J. Sal. Semler in *Magazin für die Religion* II, 60 ſqq. III, 277 ſqq.; de *Celſo*, adverſus

quem scripsit Origenes eiusque philosophia, F. ADPH. PHILIPPI *de Celsi, adversarii Christianorum, philosophandi genere.* Berol. 1836. 8. (8 gr.) de libris Origenis ipsis autem: PET. TAMBURINI *Ragionamenti sul primo libro di Origene contra Celso.* Pavia 1786. 8. et J. CUNNINGHAM *Differt. of the books of Origen against Celsus.* Lond. 1812. 8.

Pag. 568. lin. 13. Cf. CHPH. F. MATTHAEI in nova huius libri editione, quae prodiit Hal. 1802. 8.

§. 98.

Pag. 570. lin. 10. Cf. J. GE. SAM. BERNHOLD Progr. *Tertulliani Apologeticus ab iniquiore reprehensione vindicatus.* Erlang. 1759. 4.

Pag. 571. notae *) add. HEFELE *Tertullian als Apologet;* in v. DREY al. *Theolog. Quartalschrift* a. 1838. I, 30—82., ubi de Tertulliani ingenio, scriptori apologetico maxime convenienti, agitur.

§. 99.

Pag. 576. ad notam ***): FERD. PIPER *Melito;* in *Theolog. Studien und Kritiken* XI, 54—154.

Pag. 577. not. **) post 1746. 4. qua inter alia demonstrat, Miltiadis *Λόγον πρὸς Ἕλληνας περὶ ἀληθείας* non partem esse libri contra Judaeos, sed potius peculiare aliquod volumen.

§. 100.

Pag. 583. lin. 7. a fine: FRANC. DE LAIBES D. *exponens quorundam ex PP. graec. Apolo-*

getarum — de praecipuis religionis christ. dogmatis sententiam. Wirceb. 1778. 8.

Pag. 583. lin. 4. a fine: et in Pott *Sylloge Commentatt. theologic.* II. N. 4.

— — lin. ult. Cf. Berthοldt *Krit. Journ.* XII, 175—201.

§. 105.

Pag. 615. lin. 21. post *novationes* add. nota: Huius libri praeclaram editionem cum Prolegomenis et Notis debemus *Engelbr. Klüpfelio*, qui eam Viennae 1809. 8. emisit.

Ad

Caput decimum tertium.

§. 122.

Pag. 654. ad notam *) add. Steph. Pet. Heyns *Comment. de PP. apostolicorum doctrina morali.* Lugd. Bat. 1833. 4. (1 Thlr. 8 gr.) Jan. van Gilse *Comment.* praemio ornata *de PP. apostolicorum doctrina morali.* Ibid. eod. 4. (1 Thlr. 8 gr.) Franc. Jan. Jac. Albr. Junius *Commentat. — de PP. apostolic. doctrina morali.* Ibid. eod. 4. (1 Thlr. 8 gr.)

Fr. Weinrich *Disq. in doctrinam moralem ab Herma in Pastore propositam.* Wirceb. 1804. 8.

§. 124.

Pag. 679. not. *) lin. 4. a fine: lege *disponantur.*

— — — — lin. 3. — — *convertere.*

§. 128.

Pag. 686. lin. 6. a fine: J. E. Imman. Walch *Antiquorum christianorum Doctorum de Jurejurando sententiae.* Jenae 1744. 4.

§. 129.

Pag. 694. lin. 2. Cf. Gerard. Guil. ab Oosten de Bruyn D. *de progressibus, quos per solum rationis lumen in Ethices doctrina fecerunt mortales, qui revelationem divinam prorsus ignorarunt.* Lugd. Bat. 1758. 4., de qua vid. Kraft *Anhang z. neuen theol. Bibliothek* p. 849 sqq.

Ad

Caput decimum quartum.

§. 134.

Pag. 708. lin. 6. a fine: de *Corpore Christi,* quae professus est videri possunt ex J. C. L. Gieseler *Comment., qua Clementis Alexandr. et Origenis doctrinae de corpore Christi exponuntur.* Götting. 1837. 4.



